A. Gr. a.
1804

Philetae fragmenta
ed.
Kayser

Digitized by Google

A. Gr. a. 1804 Philetas.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILETAE COI
FRAGMENTA
QVAE REPERIVNTVR

COLLEGIT ET NOTIS
ILLVSTRAVIT

CAROL. PHIL. KAYSER
ENZHEMIO - PALATINVS
SEMINARII PHILOL. R. GEORGIAE AVGVSTAE
SODALIS.

PRAEFIXA EST EPISTOLA
CHR. G. HEYNII
AD
IO. GEORG. SCHLOSSERVM.

GOTTINGAE
TYPIS BARMEIERIANIS
MDCCXCIII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Χαλεπὸν ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς· τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα.

GALENVS.

Digitized by Google

EPISTOLA

AD

IO. GEORGIVM SCHLOSSERVM

VIRVM GRAVISSIMVM

SCRIPTA

A

CHR. G. HEYNE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Mire concupiſco, Plinius inquit in epiſtolis ſuis, quibus arcanos animi ſenſus tanto cum candore ſaepe prodit, tanto cum acumine interpretatur *), *mire concupiſco, bonos iuvenes oſtendere foro, adſignare famae; — neque enim cuiquam tam clarum ſtatim ingenium eſt, ut poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam commendatorque contingat.* Etſi Tibi, viro a vulgi rationibus remoto, et ex rerum veritate, non populi opinione, iudicanti, ſatis novi conſilium hoc meum adducendi ad Te iuvenem, iam antea iudicio Tuo probatum, haud eſſe diſpliciturum; licebit tamen uti auctoritate viri graviſſimi in tuendo, ſaltem ex-

*) lib. VI. Ep. 23.

Digitized by Google

cuſando eo, quod iuvenis optimae indolis conatibus hac ſcriptiuncula praeludere ſuſtinuerim; non quaſi mihi tantum tribuam, ut ingenio, quod ſua ſe virtute haud commendet, orationis meae fuco aliquid ornamenti allini poſſe putem; verum quia officii, neceſſitudinis atque vel humanitatis eſſe iudico, verecundiam iuvenilis aetatis auctoritate mea qualicunque regere, animum timore labefactatum firmare, deiectum erigere, ingenii igniculos excitare, primum ad laudem gradum adiuvare, eumque, qui provecturus eſt aliquando alios, nunc primum provehere; inprimis, *ſi ſupereſt* in iuvene *animoſa voluntas ipſaque neſcio quid mens excellentius audet* *). Si enim

*) Ad Piſonem carmen 239. quod ſub Saleii Baſſi nomine recenſuit Wernsdorf, quem bonis litteris, quibus ille tanto ornamento fuit, his ipſis diebus ereptum morte lugemus; in Poet. min. To. IV. P. I. p. 280. Sunt in eo carmine plura ad rem; v. c. quod, qui ſe commendat, poeta: *Tu nanti*, inquit, *pro-*

Digitized by Google

enim litterarum artiumque aditum paramus aliis, atque fores patefacimus iis qui in litterarum ſacraria intrare voluerunt; etſi perfectum nobis, quod Socrates de ſe profeſſus eſt **), opus eſſe videri poſſit, ſi quis ſatis eſt concitatus cohortatione noſtra ad ſtudium cognoſcendae percipiendaeque doctrinae accuratae; quidni tamen eidem patefaciamus aditum et viam bonae laudis et exiſtimationis?

Non equidem is ſum, qui iuvenes, ut ſtudia cruda ſive in forum ſive in coetum litterarium protrudant, inſtigem; vellem potius ex pluribus malorum, quae in rempublicam manarunt, cauſſis et fontibus ſaltem hunc obturari poſſe! niſi ſcirem, tam male rem iri adminiſtratum, ut pro ca-

protende manum; tu, Piſo, latentem Extrahe, nos humilis domus et ſincera, parentum Sed tenuis fortuna ſua caligine celat. etc. Quot enim fuere ingenia praeclara et illuſtria fortunae invidia et iniquitate tenebris damnata et caligine oppreſſa!

**) Cic. or. I, 47.

naliculis his et fonticulis in cliuo exſilientibus ipſam ingeniorum ſcaturiginem et venam obſtruant ii, qui nunc in bonas litteras ſuorum vitiorum culpam transferre ſtudent; verum ſunt certae litterae, in quibus, niſi ſcriptione aliqua pro ſpecimine propoſita, de noſtris profectibus alios, inprimisque eos, quorum intereſt noſſe ingenia idonea, edocere nequimus. Quo ſaltem loco verſantur ii, qui litteris humanioribus imbuti aliquando rei ſcholaſticae vel academicae admoveri cupiunt; non enim ſunt examina publica aut ſpeciminum exhibitiones conſtitutae, quibus ſuorum ſtudiorum maturitatem teſtatam facere liceat. Omnino autem multa, quae olim calamo perſcribi ſolita erant, nunc prelo exarata tradi ſolent, ſive amicis potentibus, ſive familiaribus ſive omnino iis, qui litterarum ſtudiis communibus tenentur; habetque res hoc commendationis et laudis, quod unius ſcriptionis exempla plura in plurium manus ita perveniunt. Neque adeo ſcripta ſimilia eodem loco atque nomine

mine

Digitized by Google

mine habenda ſunt, quo ea, quae orbi litterario uniuerſo et poſteritati ſcribuntur.

Iam hic noſtrae diſciplinae per aliquot annos alumnus interiori quoque Seminarii Regii philologici Sodalitii neceſſitudine et familiaritate coniunctus, multis ingenii eximiisque dotibus ornatiſſimus iuvenis inſigni cum ſtudio eum antiquarum litterarum amorem et verae eas tractandi rationis guſtum imbibit, ut, cum ille ex hac academia diſceſſurus doctrinae ſuae ſpecimen aliquod relinquere aut in patriam redux vel ad Te profecturus tradere decreviſſet, eius conatum conſiliis monitisque adiuvandum eſſe iudicarem. Inciderat ille in Philetae, qui elegorum poetas inter principes olim habitus eſt, fragmenta colligenda et illuſtranda; nec eius impetum retardandum eſſe putavi, cum res eſſet iuvenilis ſtudii, induſtriae et ingenii, ſive quaerendis indagandisque locis, iisque in ſedes ſuas transferendis, ſive conſtituenda lectione et rite interpretanda, acuere in-

genium, interpretationis et critices periculum facere; et quidem hoc in argumento haud nimis gravi ac difficili et opera haud omnino inutili. Nam iucunditatis habet haud parum, clariſſimorum ingeniorum, quae antiquitas habuit, vel exiguas reliquias et ex largis dapibus ac ferculis tanquam micas ac fruſta ſervata terere; nec minus utile quam ſuave eſt, locis iis ac verbis unum ſub conſpectum poſitis, tanquam antiqui operis teſſellati fragmenta intueri. Hoc itaque conſilio ſuſcepta opera non modo non improbanda, tanquam in tenui et obſcuro ſtudio poſita, verum etiam induſtria et doctrina laudanda eſſe videtur. Etſi enim longe abſum ab ea opinione, ut priſcos ſcriptores cenſeam iam ita eſſe expolitos virorum doctorum curis, ut nihil operae ulterioris deſiderent; nam ſi critices in verbis plerumque adhibitum eſt ſatis multum, in ſententiis tamen ac rebus illuſtrandis ac declarandis ieiuna adhuc et exilis multorum fuit opera; ut adeo cum illo ſtatuam qui dixit: *nondum emenſi ſumus*

Ita-

Digitized by Google

Italiam, ſequimur fugientem; tamen iuvenilem operam in ſcriptoribus claſſicis tot virorum doctiſſimorum commentariis illuſtratis poſitam non eſſe poſſe video aut ſatis memorabilem aut admodum fructuoſam; ut autem illi, qui tirociniis depoſitis ad ingenii vires experiundas et doctrinae periculum faciendum adſpirant, nova ex antiquitate eruant, tenebris obducta illuſtrent, difficultatibus obſepta liberent, expectari haud poteſt. Quare meum eſſe duxi, praeclarae indolis iuvenem, cum ad hanc operam deſcendiſſet, non modo regere conſiliis, verum etiam deducere in publicum, omnibusque bonis commendare, inprimisque Tibi, vir graviſſime, in cuius domum ac contubernium eum properare intellexeram. Si quid enim eſt, quod optimo iuveni gratulandum videri poſſe dixerim, hoc eſt quod ille ſtudia ſua probabit Tibi, viro et litterarum et rerum intelligenti, cenſori et arbitro perſpicaci, quodque ille, aetati ſtudiisque liberorum Tuorum regendis admotus, conſiliis Tuis regetur ipſe, et, dum

vel

Digitized by Google

vel quotidiano convictu et auditione fruetur, non tam ex antiqua diſciplina exiiſſe, quam ad maiora in eadem progreſſus eſſe videbitur, dum edocebitur a Te, quantum ex antiquis, omnis humanitatis ac virtutis magiſtris, veri fructus et utilitatis ad vitam inſtruendam et regendam percipi poſſit *). Itaque Tibi, praeſtantiſſime Schloſſere, ita trado, ut ſimul ſpes de Kayſeri ingenio, litteris et induſtria conceptas in tuto poſitas eſſe exiſtimen, habeboque hoc meae operae tanquam praemium, ſi ille interdum ſermonibus habitis cum quantum ipſe Tibi in ſummis aetatis noſtrae viris, tribuam, commode ſatis expoſuerit, tum mei memoriam ad animum Tuum revocaverit. Scr. Gottingae M. Septembr. CIↃIↃCCXCIII.

*) *πρὸς τὸν βίον χρήσιμα*, aut, ut de Epicharmo Epigramma Theocriti (XVII. 9.)

Πολλὰ γὰρ ποττὰν ζωὰν τοῖς παισὶν
εἶχε χρήσιμα·
Μεγάλα χάρις αὐτῷ!

Multa certe, quae forent vitae, docebat, uſui:
Laus ampla ſit illi!

DE

DE
PHILETAE VITA ET SCRIPTIS.

In omni, quae de ſcriptoris alicuius antiqui vita et ſcriptis inſtituitur, diſputatione inprimis id eſt ſtudioſe indagandum, num alii eiusdem nominis exſtiterint, ne, quae ad alium ſpectant, ei tribuas. Eoque diligentius hac in re mihi, de Phileta ſcribenti, verſandum eſſe putavi, cum iam vir *κριτικώτατος* Toupius 1) de tribus Philetis pro uno habitis iniecerit dubitationem, quae, licet eam non ſuperſtruxerit argumentis, pro ſumma tamen viri auctoritate eſt excutienda curioſius. „Philetas, inquit, „alius, ut videtur, poeta, alius gloſſographus, alius medicus. Sunt, qui de uno „eodemque homine intelligunt. Quibus haud „faci-

1) vid. Index ad Addenda in Theocr. Wartoni in v. Philetas.

Digitized by Google

„facile adſentior. Sed de hoc viderint eru„diti." Quamuis vero non ea ſim vana aetatis iuvenilis arrogantia, ut in his me numerari poſſe credam, tamen, quoad eius a me fieri poterit, diſputare de his conabor. Philetam poetam fuiſſe Grammaticum, vix dubitare licet, quum id cum ſeculi alexandrini indole et genio quam maxime conveniat, quo poetae vel principes in poetarum antiquiorum ſcriptis explanandis et recenſendis operam collocarent et ipſi adeo argumenti grammatici libros conficerent, unde Grammaticorum nomen iure acceperunt. In his, ne plures memorem, Callimachus erat, Nicander, Aratus, Eratoſthenes 2). Quibus accedunt Strabonis et Suidae 3) teſtimonia in margine appoſita, qui, Philetam et poetam fuiſſe et Grammaticum, diſertis verbis tradunt. Sed an idem Gloſſographus fuerit, dubitat Toupius. Grammaticum tamen, quae ſingulis locis alleverat, collegiſſe in unum volumen

2) v. V. S. Heynium *de genio ſeculi Ptolemaeor.* in Opuſc. Acad. Vol. I. p. 99. ſqq. cf. Villoiſoni Cel. Prolegg. ad. Hom. p. XXV.

3) Strabo XIV. p. 452. ed. Caſaub. τῶν ἐνδόξων (ſc. Κώων) Φιλήτας τε ποιητὴς ἅμα, καὶ κριτικὸς, quod idem eſt ac γραμματικός. v. Villoiſ. l. c. Suidas v. Φιλήτας: κριτικὸς, γραμματικὸς.

lumen et ad vetuſtiores poetas facilius intelligendos et percipiendos collecta edidiſſe, non ſolum non repugnare videtur, ſed probabilitatis ſpecie ſe commendat. Cumque, quod unum addam, Athenaeus de poeta interdum ſit locutus et ſaepius quoque *ἀτάκτας γλώσσας* libro ſuo immiſcuerit, neque tamen unquam eos, tanquam diuerſos, excitaverit: qua dubitationem firmare poſſit vir laudatus, rationem non aſſequor. Quae donec allata erit, in eo ſubſiſtemus, ut unum eundemque poetam fuiſſe ſtatuamus et gloſſographum. Poetam vero fuiſſe et medicum, quod alii voluere, cum Toupio prorſus negandum duco; neque enim Noſtrum, neque alium eiusdem nominis, arti medicae deditum unquam exſtitiſſe, ex Galeni 4) loco, quo uti ſolent, pro certo, ſed exigua tantum probabilitate, erui poteſt. Galenus ſcilicet alios Hippocrati tribuere librum *περὶ διαίτης*, alios Philetae,

4) Galen. *περὶ τροφῶν δυνάμεως βιβλ. α'* pr. Opp. T. IV. p. 306. ed. Baſil. *Ἐν δὲ τοῖς νῦν ἐνεστῶσι καιρὸς ἂν εἴη, τὰς τῶν σιτίων εἰπεῖν κράσεις· ὡς ἐν τῷ διαίτης ἐγράφθη βιβλίῳ, κατά τινας μὲν Ἱπποκράτους ὄντι συγγράμματι, κατά τινας δὲ Φιλιστίωνος, ἢ Ἀρίστωνος, ἢ Ευρυφῶντος, ἢ Φιλήτα, παλαιῶν ἁπάντων ἀνδρῶν.* cf. Voſſius de Hiſtor. gr. L. III. p. 401.

Digitized by Google

letae, alios aliis, narrat, ſed exinde nullo pacto ſequitur, *noſtrum Philetam revera etiam fuiſſe medicum;* nominis contra eſſe permutationem, ſi coniecturae qualicunque locus conceditur, mihi videtur. Cum enim uterque, Hippocrates et Philetas, ex inſula Co fuerit oriundus, accidere potuit, ut aliquis, cui Philetam κατ' ἐξοχὴν Coum eſſe dictum innotuiſſet, huncce conſcripſiſſe illum librum contenderet, qui ſub Coi nomine forſan circumferebatur. Etſi Philetae medici, multo minus poetae Coi, tanquam medici, in nullo auctore reperitur mentio. Sed de his hactenus.

Reſtat, ut de iis, qui eodem nomine appellati fuerint, pauca adiungam. Memoratur autem Philetas Epheſius et Sybarita; ſed de utroque nullam ſervarunt notitiam auctores, ex qua de iis exponere et iudicare liceret. Illius quaedam fragmenta hiſtorica in Scholiis ad Ariſtophanem, quae fragmentis Coi vatis ſubieci, reperiuntur. Alter, nempe Sybarita, erat pugil et victoriam in pugilatu conſecutus erat 5), qui adeo ad noſtrum

5) v. Pauſan. in Eliac. p. 155. ed. Wechel. πρώτῃ δε ἐπὶ ταῖς τεσσαράκοντα ὀλυμπιάσι πύκτας ἐσεκάλεσαν παῖδας, καὶ περιῆν τῶν ἐσελθόντων συβαρίτης Φιλήτας.

ſtrum conſilium non ſpectat. Denique, quem prope praeteriiſſem, nominandus nobis adhuc eſt Philetas Samius, cuius ſervatur Epitaphium in Anthologia graeca Cephalae 6), dorica dialecto exaratum. Iam nos ad ea accingamus, quae hic illic in veterum auctorum monumentis de vita et ſcriptis noſtri poetae narrantur.

I.

Ad vitam Philetae deſcribendam omnibus deſtituti notitiis, ex quibus aliquid de ingenii cultura et ſcriptorum eius ratione colligi poſſet, de aetate, qua vixit, et patria praecipue disquiramus. Aetatem, ſi Suidae 7) verbis fides eſt habenda, exegit circa Philippi, Alexandri et Ptolemaei II. Philadelphi tempora, cuius, in inſula Co nati, praeceptor fuit eodem teſte. Philadelphus autem inde ab Ol. CXXIV, 1, ad CXXXIII, 3. Aegypto imperavit. Ceterum una cum Phi-

6) Anth. Gr. Ceph. ed. Reiskii p. 139.

7) Suidas ſ. v. Φιλήτας. Qui totus locus ad verbum exſcriptus legitur apud Heſych. Illuſtr. h. v. et Eudociam, quae in Ἰωνιᾷ eosdem ſecuta eſt fontes, ex quibus Suidas hauſit. v. Villoiſ. praef. ad Anecd. Gr. T. I.

Digitized by Google

Phileta floruit Aratus 8) et Hermeſianax 9), ex quorum et reliquorum eius diſcipulorum aevo de eius aetate conſtituere licet. — In inſula Co, in mari Aegaeo e regione Cnidi et Halicarnaſſi ſita, natus erat, unde ortum duxit et artis medicae princeps et pictoriae, Hippocrates, inquam, et Apelles. Manſo 10) quidem V. C. Triopi Philetam degiſſe contendit, quam urbem Coam fuiſſe putat. Enimvero apud nullum auctorem occurrit urbs Triopus in inſula Co ſita; neque, quibus uſus eſt, auctoritates id evincunt. Moſchus 11) enim in Epitaphio Bionis Philetam quoque ait lugere Bionis mortem ἐν πολίταις Τριοπίδαις i. e. *inter Coos*, nam πολῖται Τριοπίδαι idem videntur, quod Εὐρυπύλȣ πολιῆται ap. Hermeſian. 75. Coi, qui a Triope et Eurypylo, Coorum regibus, nomen

8) v. Grammat. in vita Arati in ed. V. C. Buhlii, ubi adeo Heynio duce emendandum καθ' ἑκατοστὴν εικοστὴν καὶ πέμπτην ὀλυμπιάδα.

9) v. Scholia ad Nicandri Ther. v. 3.

10) Manſo in commentatione: *Ueber Bions und Moſchus Leben p. L.* editioni carminum utriusque poeta adiecta.

11) Moſch. III, 97.

ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρήνει παρ' Ἄλεντι
Φιλήτας.

men tulere, ut Thebani appellabantur Καδμεῖοι ab Heſiod. Scut. Herc. 13. Scholiaſtes autem Theocriti 12) huc advocari non debuiſſet; is enim Triopum, Cnidi promontorium, a Triopo nomen accepiſſe tradit. Faciliorem expediendi rationem offert Schol. Moſchi 13), qui Triopidas fuiſſe putat tribum in inſula Co, ita ut incolarum diviſio poetice pro tota gente poſita ſit. Ego quidem putaverim, urbem patriam Philetae fuiſſe ipſam et unicam huius inſulae urbem Co, cuius incolae, ut inſulae totius, Κῷοι ſunt vocati. Ceterum Scholiorum ad Theocr. conditor 14) Philetam Coum a quibusdam eſſe dictum Rhodium refert, cuius tamen rei nullus alius meminit. — In patre Telepho conſentiunt Suidas, Schol. Theocr. l. c. et Proclus 15). Fuit autem is criticus, qui multos de Homero

12) Schol. ad Theocr. XVII. 69. τὸ δὲ Τρίοπον, ἀκρωτήριον τῆς Κνίδȣ, ἀπὸ Τριόπȣ, τȣ͂ Ἄβαντος, ὡς ἐν τῷ περὶ Κνίδȣ Ἰάσων φησὶν. cf. Spanh. ad Callim. in Cer. 31.

13) Schol. ad Moſch. III, 96. Τριοπίδαις. Φυλῆς ἐν Κῷ ὄνομα, ὡς οἶμαι.

14) ad Theocr. VII, 40.

15) in Photii Bibl. p. 522. ed Hoeſch. — Excepto vaticano tertio, qui praefert τηλεφίλȣ in

mero libros conſcripſit 16). Praeterea narratur a multis ſcriptoribus 17), Philetam quam maxima fuiſſe macie, eamque contraxiſſe ait Athenaeus nimia in quaerendo ψευδολόγῳ cura collocata. Num haec vera ſint, nobis non ſatis de eius vita edoctis iudicare non licet; quae tamen argumentis evertere ſibi

in loco Theocr. v. Ed. Warton, ſed ſphalma videtur eſſe et a Schneidero l. c. quoque improbatur.

16) v. Villoiſoni V. Cel Prolegg. ad Hom. p. XXVIII. et V. C. Harleſ. ad Fabricii Bibl. gr. T. I. p. 525.

17) Plutarch. in Libro: an ſeni ſit gerenda Resp. p. 791. E. ed. Francof. Aelian. V. H. IX, 14. X, 6. Athen. IX. p. 401. XIII. p. 552. Verba, cum tanti non ſit, non exſcribam, unus locus ſufficiat Athen. IX. ubi Ulpiano ubique in vocum antiquitatem inquirenti dicit Democritus: Κινδυνεύεις ȣ̃ν ποτε διὰ ταύτας τάς Φροντίδας, ὡς ὁ Κῶος Φιλητᾶς ζητῶν τὸν καλȣ́μενον ψευδο λόγον τῶν λόγων, ὁμοίως ἐκείνῳ διαλυθῆναι· ἰσχνὸς γὰρ πάνυ τὸ σῶμα διὰ τὰς ζητήσεις γενόμενος, ἀπέθανεν· ὡς τὸ πρὸ τȣ̃ μνημείȣ αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ.

Ξεῖνε, Φιλητᾶς εἰμὶ· λόγων ὁ ψευδόμενός με
ὤλεσε, καὶ νυκτῶν Φροντίδες ἑσπέριοι.

Quem breviter excerpſit Suidas l. c. et Heſych. ill. v. Φιλήτας.

ſibi viſus eſt Manſo l. c. Enata autem eſt inde fabula tritiſſima, quae ortum ſuum forſan debet faceto epigrammatographo, poetam, ne a ventis tolleretur et everteretur, ſoleas ex plumbo factas pedibus alligaſſe. Quam defendere fruſtra ſtuduit Perizonius 18), vir in aliis praeclarus. Sed in his ſigillatim exponendis iudicandisque operam et tempus non perdam. — Puella, quam amplexus eſt amore Cous poeta, Battidis ſive Bittidis nomine erat inſignita; eamque in elegis ſuis celebraverat, Ovidio, et Hermeſianacte teſtibus 19); ex cuius poſterioris loco ſimul honoris, quo Coi popularem ſuum habuerunt,

18) ad Aelian. IX, 14.

19) Ovid. Triſt. I, 6. 2. *Nec tantum Coo Battis amata ſuo eſt.*

Epp. e Ponto III, 1. 58.

Nec te neſciri patitur mea pagina; qua non
inferius Coa Battide nomen habes.

Hermeſian. Eleg. 75. ſqq.

Οἶσθα δέ καὶ τὸν ἀοιδὸν, ὃν Εὐρυπύλε πολιῆται
Κῶοι χάλκειον θῆκαν, ὑπὸ πλατάνῳ
Βιττίδα μολπάζοντα θοὴν περὶ πάντα, Φιλητᾶν
ῥήματα καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.

de nomine Βίττις, Βιττὼ, Βίττιον v. Ruhnk ad h. l.

runt, certiores reddimur, quippe qui eum tanti fecerint, ut eum aere effictum poſuerint. — Ex more denique et poetarum ſui aevi conſuetudine alios doctrina inſtruxiſſe fertur, quorum primo loco nominandus eſt Ptolemaeus Philadelphus 20), Aegypti rex, cuius litterarum et artium amor, et meritorum debita aeſtimatio, quibus famam immortalem nactus eſt, ex hac Philetae inſtitutione videtur repetenda. Tum Zenodotum inſignem Grammaticum inter eius diſcipulos fuiſſe Suidas auctor eſt 21). Praeterea poetae quidam egregii ex eius diſciplina prodiiſſe feruntur, Theocritus 22) nimirum, Hermeſianax, 23) qui et ipſe ad elegos conſcribendos ſe contulit, et Bion, 24) et Grammaticus Hipparchus 25). Haec ſunt, quae

20) v. Suidas v. Φιλήτας.

21) Suidas v. Ζηνόδοτος· ἐφέσιος· ἐποποιὸς καὶ γραμματικός. μαθητὴς τȣ̃ φιλητᾶ. ἐπὶ Πτολεμαίȣ γεγονὼς τȣ̃ πρώτȣ, ὃς τȣ̀ς παῖδας Πτολεμαίȣ ἐπαίδευσεν.

22) Barneſ. in vita Theocr. p. XLIV. ed. Wart. et Ruhnk. l. ſtatim cit.

23) v. Ruhnken. in Ep. crit. ad Valken. p. 284.

24) Manſo l. c.

25) v. Voſs. Hiſt. Gr. p. 56.

Digitized by Google

quae de Philetae vita eruere potui; nunc etiam, quae de ſcriptis pronuntiare licet, paucis abſolvam.

II.

In variis carminum generibus, quorum nomina infra ſigillatim perſequar, Philetas elaboravit; neque ſine laude; nam mira ſententiarum ſuavitate earumque exornatione accomodata, nec non orationis ſimplicitate et elegantia, quantum quidem ex paucis, quae ad tempora noſtra pervenere, fragmentis colligere poſſum, excelluit: in quibus par eſt omnibus fere aevi Ptolemaeorum poetis 26). Enimvero fragmenta nullo modo ſuffi-

26) Liceat, quae praeclare diſputavit Heynius V. S. in Opuſc Acad. Vol. I. p. 80. huc revocare: Habent tamen ſcriptores, et inprimis poetae, Alexandrini, antiqui quidem illi, ſuam elegantiam, amoenitatem, et amabilem ſimplicitatem quandam, non horridam illam et incultam, ſed mundam et politam, eoque magis notabilem, quo obſcuriorem eos diligentiam in aliis rebus poſuiſſe apparet, ſed communem tamen cum omnis iſtius ſeculi vita elegantia. Miramur adeo in iis et laudamus orationem terſam, nitidam, puram et elegantem. Sed omnia fere eius aetatis ingenia argumentum tenue et ſubtile ſectari videas; nihil in iis celſum, generoſum et ſublime, nulla audacia; divino illo impetu et furore abripi ſe non facile patiuntur. etc.

ſufficiunt ad totam carminum naturam et indolem percipiendam, et argumenti, quod ſibi ſumſerat, pertractationem penitius cognoſcendam ac diiudicandam; quare in eo, quod antea poſui, nobis eſt acquieſcendum. Maximam autem gloriam et celebritatem conſecutus eſt *elegiacis poematibus*, quorum iactura maximopere eſt lugenda, quia inter principes huius generis poetas a veteribus eſt relatus. Illi enim magni nominis Critici, Ariſtarchus et Ariſtophanes Byz. in Elegiacorum canonem, praeter Callinum, Mimnermum et Callimachum, etiam receperant Philetam. Quem canonem 27) memorant ſeriores, Proclus l. c., et Grammaticus Coislin 28). At primo loco memorandus Quintilianus 29), qui acutiſſimus inter veteres poetarum iudex, *princeps*, inquit, *elegiae habetur Callimachus: ſecundas, plurimorum confeſſione, Philetas occupavit.* Sub elegiarum quidem nomine nullus a quopiam adducitur locus, ut prope videantur omnia, quae maximam poetae famam compararunt, eſſe deperdita; laudantur tamen Δημήτηρ et Ἑρμῆς, quae elegiaca carmina fuiſſe admodum probabile mihi ſit; quae-

27) Totus Criticorum canon exhibitus eſt a Ruhnk. Cel. in Hiſt. crit. orator. graec. p. XCV. in. ed. Rutilii Lupi. cf. Tzetzae Prolegg. ad poetas in ed. Lycophr. pr.

28) Grammat. Bibl. Coisl. p. 597.

29) Quintil. Inſt. or. X, 1.

quaecunque enim ex iis loca proferuntur, ſunt omnia argumenti elegiaci, ut N. I. II. III. ad quae referend. XII.; et N. V. continet fabulam de Ulyſſis et Polymelae amore, quae commode in carmine elegiaco pertractari potuit. Sed quanam ratione Deorum laudatorum nomina carminibus elegiacis appoſuerit, cum eiusmodi nihil habeam compertum, equidem non perſpicio. Quodammodo id imitatus videtur Propertius, qui Cynthiae nomen in fronte elegorum adſcripſit; niſi id eum mutuatum eſſe ab Hermeſianacte, qui Leontium carmen inſcripſit, rectius putes. Sed his veriora forſan aliquando edocebimur V. Cl. Heerenii commentatione de Stobaei fontibus, ubi de his carminum Philetaeorum nominibus agere eſt pollicitus. Celebraverat in elegis ſuos amores, inprimis Battidis 30), et magna ſuavitate, ſi Hermeſianacti fides eſt 31). In his elegis imitan-

30) v. Ovid. Epp. ex Ponto III, 1. 58. Triſt. I, 6, 2. et Hermeſian. loca modo adſcripta.

A. A. III, 339.

Sit tibi Callimachi, ſit Coi nota poetae,
ſit quoque vinoſi Teia Muſa ſenis.

Idem in Rem. Amor. 760.

Callimachum fugito: non eſt inimicus amori,
et cum Callimacho tu quoque, Coe, noces.

31) v. 79. Φιλητᾶν πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν, ubi v. Ruhnk. Ep. crit. p. 296.

tandum ſibi Philetam propoſuerat Propertius 32), qui eius ubique magnis laudibus meminit et cum Callimacho ob carminum ſimilitudinem et gravitatem eum coniungit. Quodſi itaque omnes, aut quaedam ſaltem ad nos perveniſſent elegiae Coi vatis, facile eſſent definitu ea, quae poeta romanus ab eo acceperit et quonam ſucceſſu eum ſit ſecutus et quae ad alios pertineant; nam praeter Noſtrum et Callimachum, et Calvum et Catullum ſe imitatum ipſe profitetur. Quare non aſſequor, quomodo ex Perpertio elegiarum Philetaearum indoles et natura poſſit declarari et conſtitui; quod putaſſe videtur Cl. Manſo, qui ad rem ſuam tuendam uſus eſt loco Ovidii in Amor. L. I, 15, 13.

Battia-

32) Propert. III, 1, 1.
Callimachi manes, et Coi ſacra Philetae,
in veſtrum, quaeſo, me ſinile ire nemus.

III, 2, 53.
Talia Calliope lymphisque a fonte petitis,
ora Philetaea noſtra rigavit aqua.

III, 7, 44.
Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos,
et ceciniſſe modis, Coe poeta, tuis.

II, 25, 31.
Tu ſatius Muſis meliorem imitere Philetam,
et non inflati ſomnia Callimachi.

(IV, 6, 3. *Serta Philetaeis certent romana corymbis*).

Digitized by Google

Battiades ſemper toto cantabitur orbe;
quamvis ingenio non valet, arte valet.

Atqui Battiades non eſt, quod vir doctus orbitrabatur, Battidis amator, dicendi ratione plane inaudita, ſed Batti filius, Callimachus 33).

Priusquam ad alia exponenda me conferam, de Reiskii 34) inſtituto, elegos, a Suida Coo Philetae attributos, in Philetam Samium transferendi, paucis ediſſeram. Cum nimirum vir de litteris antiquis meritiſſimus in Epitaphium, quod Anthologia graeca Cephalae habet, Philetae Samio tributum incidiſſet, cognitumque habuiſſet, multa Coi fragmenta in commemoratione mortis, humanarum calamitatum, et rerum inviſarum verſari, ut haec Samio aſſignet, Suidam ita vexavit, ut diceret, verba: ἐγένετο δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου, ἔγραψεν ἐπιγράμματα, καὶ ἐλεγείας, καὶ ἄλλα idem valere, ac ſi paulo plenius poſuiſſet: ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος Φιλητᾶς, ὃς ἦν διδάσκ. κ. τ. λ. eumque eſſe Samium

33) vid. tantum Proclus in Photii Bibl. p. 522. ed. Hoeſch. et Heynius in Opuſc. Acad. Vol. I, p. 93.

34) v. Reiskii Notas ad Anthol. Gr. Ceph. p. 222.

mium. Speciosi quidem aliquid argumentis ineſt, quod tamen, ſi rem diligentius exploraveris, concidit. Ut enim omittam maximam orationis duritiem, illa ſententiarum ſimilitudo prorſus nihil efficit; in diverſis enim poetis loca ſimilia, eoque magis in iis, qui uno in carminum genere verſantur, ſat multa reperire licet. Verum ne ſimilia quidem ſunt omnia; nam Samii Epitaphium dialecto dorica conſcriptum eſt, a qua Philetas Cous prorſus abhorret. Hisce adde plura veterum teſtimonia, quae Reiskianum emendandi impetum infringunt et retundunt, Procli l. c., qui Philetam Coum in elegiacis poetis numerat, Hermeſianactis et Propertii, qui *Coum* ſe in elegis imitatum eſſe diſertis verbis prodidit. Hac ratione Philetae noſtro elegias iure vindicari poſſe arbitratus ſum.

Praeter elegias autem in aliis quoque excelluit carminibus, de quibus, quae ſine controverſia ſtatui poſſunt, exponam. Cum tamen veterum diſerta de iis iudicia a me non ſint reperta, et ex paucis verſibus de toto carminis alicuius habitu iudicari nequeat, in eo omnis mea diſputatio poſita erit, ut nomina enumerem et, quae de iis ſint ab aliis monita et coniectata, iudicio interpoſito excutiam. Scripſiſſe Philetam quoque *Epigrammata*, Suida non memorato,

rato, ex duobus, quae ſervata ſunt a Io. Stobaeo, locis probare licet. Sunt autem ex eo genere, quo et Catullus inſignis eſt, quod ſimplicem aliquam ſententiam, ſive animi ſenſum, paucis verſibus includit 35).

Tum compoſuit Παίγνια, carmina iocoſa, ex quibus infra quaedam fragmenta explanata reperies.

Porro laudatur et Ἑρμηνεία, ex qua diſtichon ſervavit Strabo; mythorum forte interpretationes carmen hoc exhibuit, pari fere ratione, ut Ἄτακτα, de quibus mox ſermo erit. Neque, verſibus conſcribere eiusmodi explicationes, a nota ſeculi indole abſonum eſt, cum Callimachus quoque Αἴτια ſcripſerit, h. e. mythorum origines et cauſſas. Titulus Ἑρμηνεία, nemini, quantum ſcio, excepto Xylandro 36), fuit ſuſpectus, qui tamen, cum rationem non addiderit, an in animo habuerit, Ἑρμῆν titulum carminis fuiſſe, ſuſpicari non licet. Verum quod de omnibus adhuc commemoratis carminibus valet, metro elegiaco erant perſcripta, quo etiam alii in rebus ad elegos non pertinentibus uſi ſunt; ita ut Philetas ab elegis ad alia quoque argumenta metrum hoc transtuliſſe ſit dicendus.

Car-

35) vid. V. Excell. Herder in *Zerſtr. Blatt.* T. I.

36) ad Strab. III. p. 255. ed Alm.

Carmen denique Τήλεφος inſcripſit, de quo licet ex veterum aſſertis affirmari nihil poſſit, recentiores tamen coniecturis indulgere non dubitarunt. Voſſius 37) enim poema dramaticum ſine dubio eſſe habendum ratus eſt, et Schneiderus V. C. 38) in mortem patris, Telephi, carmen a Phileta conſcriptum eſſe ſuſpicatus eſt. Iam fabula Telephi in ſcenam fuit producta, v. c. ab Euripide 39); cum tamen nemo Philetam poeſi dramaticae operam navaſſe auctor ſit, Schneideri ſuſpicio magis arridet, ſiquidem luctus de morte parentis idoneum carminis elegiaci argumentum eſſe potuit. Verum certi nihil pronuntiari poteſt, etiamſi, ut et ipſe aliquid coniiciam, carmen dixerim fuiſſe narratorium ſeu mythologicum, quo fabulam de Telepho, qui infans a cerva in monte Parthenio erat nutritus 40), enarraverat poeta, quale eſt Theocriti carmen, Hylas inſcriptum.

Reliquum eſt, ut de carmine, quod Ναξιακὰ inſcriptum fuit, quaedam adiungam. Inter veteres iam dubium fuiſſe videmus,

37) Voſs. Inſtitut. poet. III, 11, 5.

38) Schneid. in notitia poetar. epigrammatographor. v. Anal. crit. faſc. I. p. 5.

39) v. Ill. Heyn. ad Apollod. p. 460.

40) ap. Apollod. Biblioth. II, 7, 4.

mus, utrum Philetae eſſet tribuendum, an Callino; de quo quidem a nobis aliquid conſtitui nequit. Quodſi tamen Philetae alicui eſt aſſignandum, Coo potius, quam Epheſio, quod Cl. Schneiderus l. c. voluit, tribuendum cenſebimus. Ut enim taceam, huius Philetae Epheſii praeter Schol. Ariſtoph. neminem feciſſe mentionem, ex loco Heraclidis Grammatici ap. Euſtathium 41) id prorſus colligi nequit, qui *Philetam, Naxicorum auctorem, Iones aliquot eſſe ſecutum* ait *in formando tempore praeterito.* Quamvis enim Epheſus in Ionia ſita eſſet, attamen et Cous potuit Iones imitari, cum Ptolemaeorum aetati id fuerit proprium, ut Homericam adeoque jonicam dictionem et flectendi rationem in carminibus ſuis retinerent poetae. Quibus accedit Eudociae auctoritas, quae licet per ſeſe non magni facienda, quandoquidem ex turbidis fontibus ſua petiit, plane tamen non eſt negligenda, cum neſciamus, utrum

noti-

14) Euſtath. ad Hom. Odyſſ. Υ, 106. p. 1885, 51 ed. Rom. ὁ αὐτὸς (ſc. Ἡρακλείδης) ἐπάγει καὶ ὅτι ἔνιοι τῶν Ἰώνων, οἷς ἀκολουθεῖ, φησὶ, καὶ ὁ τὰ Ναξιακά γράψας Φιλήτας εἴτε Καλλῖνος, μόνον τὸ η ἐν τοῖς τοιούτοις παρακειμένοις εἰς ε καὶ α τέμνοντες, τὸ ἑπόμενον υ φυλάττουσι· πεποιέαται λέγοντες καὶ γεγενέαται.

notitia, quam ſervavit, a gravi auctoritate ſit ducta. Eudocia itaque in Dictionario hiſtorico et mythologico, ubi, quae apud Suidam reperi, ad verbum leguntur, Philetam, addit, ſcripſiſſe καὶ τὰ καλέμενα Ναξιακά 42). Obiici quidem poſſit, Eudociam ex Euſtathio inſcite et ignoranter notitiam compilaſſe et in Coi nomen transtuliſſe; et habet ſuam probabilitatem haec ſuſpicio; enimvero pari iure alio ex ſcriptore, cuius ſcripta interiere, petere eam potuiſſe quis negaverit? Utroque loco, cum Heraclidis, tum Eudociae, perducti Critici Tzetzae locum in Schol. ad Lycophron. v. 633. correxerunt, ut pro Φιλκέας legerent Φιλήτας. Ita ſcilicet V. Cel. Ruhnken. 43) et antea iam Meurſius in Rhodo l. c. Ceterum de ipſius carminis indole ne tantillum quidem diſcimus ex aliis, ſed plures libros continuiſſe ipſo ſcholio emendato edocemur, tertius enim liber ibi commemoratur.

Quae adhuc excuſſi, poetici fuiſſe argumenti patet, ſed num et Ἄτακτα 44), h. *inordinata, ſine ordine congeſta*, quae aliis ἄτακ-

42) Eudocia in Ἰωνιᾷ ſub v. Φιλήτας cf. Meurſ. in Rhodo L. II. c. 10.

43) Epiſt. crit. p. 296.

44) De Ἀτάκτων variis ſcriptoribus vide, quae notarunt Valeſius ad Harpocrat. et Toupius in Ep. crit. p. 172.

Digitized by Google

ἄτακτοι γλῶσσαι 45), et γλῶσσαι 46) ſimpliciter audiunt, verſibus fuerint ſcripta, ſub judice lis eſt. Reineſius 47) quidem Caſaubonum 48), qui illud contendit, eo ſe refutare credidit, quod diceret, ex Athenaeanis id minime comparere: ſed hoc ne quidem opus eſt, poetica enim Athenaeus oratione pedeſtri efferre potuit; neque a ſeculi ratione abhorret, res minime poetica tractatione dignas verſibus enarrare, ut v. c. ipſius Philetae Ἑρμηνεία et quae ſunt aliorum alia. Equidem nihil affirmo. Explicuit in hiſce gloſſis miſcellaneis variarum gentium et provinciarum voces; quarum multae ſunt conſervatae, ut Aeolum, Argivorum, Siculorum, Leſbiorum, Cyrenaeorum, Syracuſanorum et Boeotorum, tum et vocabula Homerica, quod ex Stratonis Comici Phoenicida 49) ap. Athen. IX. p. 383. ed. Caſ. colligitur, v. c. μέροπες, δαιτυμὼν, ἐρυσίχθων, εὐρυμέτωπον, μῆλα, ὀλοχύτας, πηγὸς, μίςυλλα, μοῖραι, δίπτυχα, ὀβελὸς. Strato enim herum inducit, qui de coquo hiſce voci-

45) ap. Schol. Apoll. Rhod. IV, 989.

46) v. Etym. M. v. Ἐλινός.

47) Th. Reineſii Varr. Lect. I, 8. p. 25. ſqq.

48) Caſ. Animadv. ad l. c. Athen. cap. VII. et IX, 7. p. 416.

49) Villoiſon. legend. dicit Strattidis in Phoeniſſis. v. Prolegg. ad Apollon. Soph. Lex. Hom. p. XXII.

Digitized by Google

vocibus homericis eum alloquente conqueritur, ſphingem ſibi, non coquum, adeſſe exclamat, ſibique, addit, ex Philetae libris verborum ſignificationem cognoſcere eſſe opus:

ὥϛε με
τῶν τȣ̃ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίων
σκοπεῖν ἕκαϛα τί δύναται τῶν ῥημάτων.

Ob voces Atticas in iis explicitas Ἀττικὰ ſunt nuncupata ap. Athenaeum 50), niſi levi emendatione Ἄτακτα efficere malis, quod ab oſcitante librario facillime mutari potuit. Quocunque vero modo ſe habeat, magnopere erraſſe Voſſium 51) apparet, qui Athenaei loco duce inter Atticae hiſtoriae ſcriptores Philetam repoſuit. Neque minus allucinatus eſt Dalechampius, qui dramatis nomen eſſe Ἄτακτα opinabatur 52). — Ceterum gloſſas Homericas diverſas eſſe cenſendas a gloſſis Ἀτάκτοις inde probabile redditur, quod iſtae non in vocibus explicatis, ſed in criticis correctionibus et tentationibus, quas haud dubie exemplari ſuo alleverat, continebantur.

50) Athen. XI. p. 467. F. cf. Toup. in Ep. crit. p. 172. Si tamen Ruhnk. ſequeris, qui in Ep. cr. l. c. Philetae, Philemonis et Philonis nomina librariorum errore ſaepe permutata ait, hoc fragm. Philemoni tribuendum, qui λέξεις ἀττικὰς conſcripſit. v. Villoiſ. l. c. p. LXIX.
51) Voſſ. de Hiſt. gr. L. III. p. 401.
52) v. Reineſ. l. c.

FRAG-

FRAGMENTA.

Δημήτηρ.

I.

Ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ Χρόνος ἔλθῃ, ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πάσσειν
ἔλλαχε, καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει.

Sed quando Tempus advenerit, quod a Jove aerumnas tollendi munus accepit, et luctuum remedia ſolum habet.

Suaviſſimum hocce fragmentum ſervavit nobis Joannes Stobaeus, qui in Florilegio potiora Philetae fragmenta ab interitu liberavit. Exſtat autem in Sermon. ſive Florileg. CXXI. p. 524. ed. Conr. Geſneri (1543.), ubi carminis, ex quo deſcriptum eſt, nomen, quod in Ed. Francof. (1581) adſu-

tum video, deeſt, ut etiam in Trincavell. (1538). *Moerores et curae tempore minuuntur*, eſt ſimplex ſententia, quam egregie poeta exornavit. — Χρόνος, Tempus, in perſonam mutatus (quare littera maiuſcula exaravi) hominibus affert dolorum medicamina. Quod ſcilicet per temporis decurſum evenit, id poetice ipſum tempus feciſſe dicitur. Res notiſſima, vel ex Tibull. I, 4, 17.

Longa dies homini docuit parere leones.

coll. v. 18. ſqq. — ὅτε ἐπὶ — ἔλθῃ per tmeſin, pro ἐπέλθῃ. Deeſt apodoſis τότε. — ἐκ Διὸς, pro ἀπὸ. — ἄλγεα, κήδεα, ἄχεα, ἀνίαι, χαλεπὰ, κακὰ ſynonymice Noſtro veniunt, ut apud Latinos *curae*, *maerores*, *aerumnae* et *quaecunque animi mala* — (ὥςε, niſi praeferas τὸ) πέσσειν, *coquere*, *concoquere*, unde mollire, *reſolvere*, et *tollere*, *delere*. De vario vocis uſu vid. V. S. V. Heynius ad Virg. Aen. VII, 345. et ſis b. Koeppenius ad Hom. Il. II, 237. — ἔλλαχε i. q. ἔμμορε, ἔχει, ut Eurip. Bacch. 377. Iupiter igitur fingitur, quemadmodum aliis Diis munera ſua (τιμὰς καὶ γέρα. Heſiod. Theog. 881. ſqq.) iniunxit, ita et Tempori γέρας dediſſe hoc, ut homines curis liberaret. Imago rei prorſus nova. — Φάρμακον ſunt herbarum ſucci, quibus priſci homines pro temporis in his artibus imperitia ſolis utebantur medicaminibus. Hinc

Digitized by Google

Hinc quodcunque medicamen et fomentum dicitur φάρμακον, et h. l. ad animum transfertur, ut ap. Theocr. XI, 1. pro θελκτήρια, ut Nicander in Ther. 865. θελκτήριον ἄτης. Eadem vi ap. Propert. Eleg. III, 15, 4. *medicina curarum.* cf. I, 5, 28. et 10, 18. Ad totam ſententiam cf. Menander in Reliquiis Men. et Philemonis a Clerico ed. p. 286.

Πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
χρόνος ἐςίν.

II.

Καὶ γάρ τις, μελέοιο κορεσσάμενος κλαυθμοῖο,
κήδεα δειλαίων εἷλεν ἀπὸ πραπίδων.

Nam unusquisque, qui miſerabili eſt exſatiatus fletu, moerores dimittit miſero ex pectore.

Servavit Idem et eodem loco. Omnes, quotquot earum vidi, editiones coniungunt hos verſus cum iis, quos N. I. exhibui, ſed male, nam ſententiae prorſus non cohaerent; quare cum Frobeniana Collectione: Καλλιμάχου ὕμνοι et γνῶμαι ἐκ διαφόρων ποιητῶν, φιλοσόφων τε καὶ ῥητόρων συλλεγεῖσαι (1532.) p. 187.

p. 187. eos ſeiunxi. Sententia eſt: *multum flendo dolores tolluntur.* — τὶς, pro ἕκαστός τις. — μέλεος, epitheton ornans ex rei natura petitum, *miſerabilis.* — κορεσσάμενος. Trincav. Ed. κορεσσόμενος, vitioſe. — 2. πραπίδες, i. q. φρένες, omnium affectuum et adeo curarum ſedes. Dicuntur autem πραπίδες δειλαῖαι, poetarum more, quum ipſe homo fuerit δειλαῖος, δειλὸς, *miſer.* ut v. c. Virg. Aen. I, 4. *ira memor*, pro ira memoris, ubi v. Heynius.

III.

Ἦ μὲν δὴ πολέεσσι πεφύρησαι χαλεποῖσι,
θυμὲ, γαληναίῃ δ' ἐπιμίσγεαι ὐδ' ὅσον ὅσσον,
ἀμφὶ δέ τοι νέαι αἰὲν ἀνίαι τετρήχασιν.

Multis ſane immerſus es malis, Anime, tranquillitate autem frueris ne tantillum quidem, et circa te novae ſemper curae exaſperantur.

Apud Stobaeum in Floril. CII. p. 482. ed. Geſner., quam in excitandis fragmentis ſequor. Titulum, quem in ed. Francof. reperi, omiſerunt Geſn. et Trincav., neque male, nam reliqui, quos iam dedi, verſus ſunt elegiaci. *Multis ſemperque novis ſe vexari*

xari doloribus, conqueritur poeta. — Πολέεσσι, pro πολλοῖς, forma illa antiqua in Homero ſaepius obvia. — χαλεποῖσι. In collectione Sententiarum apud Froben., quae Codicis loco habenda eſt, p. 164. χαλεπῇσι vitioſe ſcriptum eſt. — φυρᾶσθαί τινι, eadem videtur loquendi ratio cum ea, quae ſtatim occurrit, ἐπιμίσγεσθαι, μίγνυσθαί τινι, Pindaro inprimis ſatis ſolenni. vid. e. gr. Heynii V. Ill. *Additamenta* ad Pind. Olymp. X, 117. ſqq. eſt autem *adeſſe alicui rei*, ut v. c. Hom. Odyſſ. VI, 205. Expreſſiſſe hoc videtur Propert. Eleg. III, 23, 5.

Mixtam te varia laudavi ſaepe ſigura.'

φυρᾶσθαι χαλεποῖς adeoque eſt idem, quod χαλέπτεσθαι. — 2. γαληναίη, γαλήνη, *tranquillitas*, ut maris. Transfertur h. l. ad animum et eſt κακῦ ἡσυχίη ap. Euripid. in Aeolo in Stob. l. c. — ὐδ' ὅσον ὅσσον, *ne tantillum quidem.* — 3. τετρήχασιν. τράχω vel τρήχω, antiqua vox, quae mox τραχύνομαι, eſt *tumultuor*, proprie, exaſperor. v. Il. II, 95. VII, 346. Ita Apollon. Rhod. IV, 447.

Ἄλγεά τ' ἄλλ' ἐπὶ τοῖσιν (*ſc.* γοοῖσιν *etc*) ἀπείρονα τετρήχασι.

ob ſententiam conſimilem et orationis colorem cf. Theognis 333.

Τεθναίην δ', ἐι μή τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνῶν
εὐροίμην, δοίης τ' ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας.

Ἑρμῆς.

IV.

Ἰσχυρὰ - - - γὰρ ἐπικρατεῖ ἀνδρὸς Ἀνάγκη,
ἣ ῥ' ἐδ' ἀθανάτες ὑποδείδιεν, οἵ τ' ἐν Ὀλύμπῳ
ἔκτοσθεν χαλεπῶν ἀχέων οἶκες ἐκάμοντο.

Mortalibus graviter imperat Neceſſitas, quae nec immortales reveretur, qui in Olympo degunt ſine malis aerumnis aevum.

Vid. Stob. in Eclog. Phyſ. I, 5, 4. p. 156. ed. Heeren. ubi tres Codd. ſub titulo Ἑρμῦ exhibuiſſe dicuntur. Sunt omnes hexametri verſus, neque perſuadere mihi ſatis poſſum, duos excidiſſe pentametros; quare fortaſſis referendi ſunt ad Aelian. Var. Hiſt. X, 6. ubi ait: Φιλήτας, ποιητὴς ἑξαμέτρων. — 1. ἀνὴρ, ſenſu collectivo accipien-

piendum, pro θνητοὶ, ἄνθρωποι. — Ἀνάγκη eſt fatalis Neceſſitas, quam Εἱμαρμένην dicunt Stoici. v. Cic. de Nat. Deor. I, 20. Imperat autem omnibus, unde Callimacho in Del. 122. Ἀναγκαίη μεγάλη θεὸς vocatur, ubi vid. Spanhem. Cum verſus non eſſet plenus, lineolis id indicavi. — 2. variavit poeta orationem, nam pro eo, ut pergeret: ἣ καὶ ἐπικρατεῖ τῶν ἀθανάτων eadem et maiori vi dixit, ἣ ὐδὲ ὑποδείδιεν ἀθανάτυς, qui enim nobis imperant, eos timemus, quia nobis potiores mala infligere poſſunt. — 3. ἔκτοσθεν ἀχέων, pro ἄνευ, χωρὶς, i. q. μάκαρες. — οἴκυς ἐκάμοντο, *domos, habitacula ſibi fabricati ſunt*, pro *habitant*, ut Hom. Odyſſ. IX, 130.

οἵ κέ σφιν καὶ νῆσον ἐϋκτιμένην ἐκάμοντο.

Similem ob ſententiam huc adſcribam locum Philemonis p. 368. ed. Clericiae.

Πεπρωμένον γὰρ ὐ μόνον τοῖς βροτοῖς
ἄφυκτον, ἀλλὰ καὶ κατ' ὐρανόν.

et reſponſum Pythiae, quod legatis Croeſi dedit, ap. Herodot. I, 91. τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδυνατά ἐςι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ.

V.

Περὶ Πολυμήλης
ἱςορεῖ Φιλήτας Ἑρμᾷ.

Ὀδυσσεὺς ἀλώμενος περὶ Σικελίαν καὶ τὴν Τυῤῥηνῶν, καὶ τὴν Σικελῶν θάλασσαν, ἀφίκετο πρὸς Αἴολον καὶ Μελιγȣνίδα νῆσον· ὃς αὐτὸν, κλέος σοφίας τεθηπὼς, ἐν πολλῇ φροντίδι εἶχε, τὰ περὶ Τροίης ἅλωσιν καὶ ὃν τρόπον αὐτοῖς ἐσκεδάσθησαν αἱ νῆες κομιζομένοις ἀπὸ τῆς Ἰλίȣ διεπυνθάνετο. ξενίζων τε αὐτὸν πολὺν χρόνον διῆγε. τῷ δ᾽ ἄρα καὶ αὐτῷ ἦν ἡ μονὴ ἡδομένη (leg. cum Heynio ἡδομένῳ). Πολυμήλη γὰρ, τῶν Αἰολίδων τις, ἐρασθεῖσα αὐτȣ̃ κρύφα συνῆν. ὡς δὲ τȣ̀ς ἀνέμȣς ἐγκεκλεισμένȣς παραλαβὼν ἀπέπλευσεν, ἡ κόρη φωρᾶταί τινα τῶν τρωϊκῶν λαφύρων ἔχȣσα, καὶ (ἐν) τȣ́τοις μετὰ πολλῶν δακρύων καλινδȣμένη. ἔνθα ὁ Αἴολος τὸν μὲν Ὀδυσσέα, καίπερ ȣ̓ παρόντα, ἐκάκισε, τὴν δὲ Πολυμήλην ἐν νῷ ἔσχε τίσασθαι. ἔτυχε δὲ αὐτῆς ἠρασμένος ὁ ἀδελφὸς Διώρης, ὃς αὐτὴν παραιτεῖταί τε, καὶ ποιεῖ τὸν πατέρα αὐτῷ συνοικίσαι.

Haec Parthenius in Libro περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων, cap. II. Epitome autem locum ſuum ſub titulo Ἑρμῆς non retinebit, ſi Ruhnkenii V. Cel. emendationem in Epiſt. crit. p. 284. probas: Φιλήτας καὶ Ερμησιάναξ, ita ut

ut σιαναξ ſcribendi compendio expreſſum eſſe debuerit. Fabulam, quam Parthenius ad nos propagavit, longè aliò modo enarravit Homerus Il. X, 1 - 76. Cum nempe Ulyſſis ſocii utres, quibus ventos incluſos ei tradiderat Aeolus, aperuiſſent ventosque emiſiſſent, a procella reiectus ad inſulam Aeoliam appulit ſeque ad Aeolum contulit, ut ventos ab eo iterum nanciſceretur. Hic autem Deos Ulyſſi adverſos arbitratus eum ἐκάκισε et quidem a v. 72 - 75. De amoribus Ulyſſis cum Polymela in Homero aliisque ſcriptoribus ne verbulum quidem reperias. Ceterum in primo verſu cum Galeo ἀλώμενος poſui pro ἀλόμενος v. Not. ad Parthen. in Hiſt. poet. Scriptt. p. 112. et in ultimo verſu legendum videtur πείθει pro ποιεῖ: πείθει τὸν πατέρα (ὥςε) αὐτῷ (τῷ Διώρει) συνοικίσαι ſc. αὐτὴν (τὴν Πολυμήλην), *ut eam Diori det uxorem.* Hoc autem rite fieri poterat, nam Homerus ait Il. X, 7.

ὅγε (ſc. 'Αιόλος) θυγατέρας πόρεν υἱάσιν
εἶναι ἀκοίτας.

'Επι-

Ἐπιγράμματα.

VI.

Οὐ κλαίω ξείνων σε φίλαλτατε· πολλὰ γὰρ ἔγνως
καλὰ, κακῶν δ' ἂν σοι μοῖραν ἔνειμε Θεός.

Non te, amiciſſime hoſpitum, deploro, nam multa bona expertus es: nunc viciſſim malorum partem Deus tibi aſſignat.

Exſtat apud Stob. in Floril. CXXI. p. 523. In ed. Trincav. et Geſner., nec non ap. Froben. l. c. p. 187. excitatur ſub nomine Φιλέα, quod ſine dubio, ut et in aliis locis, corruptum eſt ex Φιλήτα; neque, quos laudavi, carminis nomen adſcriptum habent, ſed ſola ed. Francof. et recte. *Non intolerabile videri debere, ſi is, qui bona multa ſit expertus, malis afficiatur*, ſententia eſt, quam poeta ad amicum ſigillatim relatam in hoc epigrammate expreſſit. — 1. σε. Ed. Trincav. legit δὲ, perperam. — γινώσκειν notione exquiſita, pro *experiri*, *percipere*. Similiter puto Propert. I, 12, 13.

Nunc

Nunc primum longos ſolus cognoſcere noctes cogor.

— 2. κακῶν μοῖρα, *portio malorum a fato conſtituta*, vel pro ſimplici κακὰ, ut αἶσα ἐλπίδος, de qua loquendi ratione v. Weſſeling. Obſſ. II, 14. p. 203. — ἔνειμε. Propoſuerat hoc Geſnerus in margine, et Grotius in Dictis poetarum ex Stobaeo (1623) p. 509. tacite recepit; niſi Cod. Pariſ., quo Rigaltii benignitate uſus eſt, lectionem ſuppeditavit. νέμοι, quod in Ed. Trincav. et Geſner. habetur, et νέμει, quod in Frobenio l. c. reperitur, repugnant metro.

VII.

Γαῖαν μὲν Φανέεσι Θεοί ποτε· νῦν δὲ πάρεσιν
αἰψηρῶν Ἀνέμων μῦνον ὁρᾶν τέμενος.

Terram Dii aliquando oſtendent; nunc vero ventorum rapidorum regnum aſpicere ſolum licet.

Ap. Eundem in Flor. LVII. p. 362. περὶ ναυτιλίας καὶ ναυαγίου. Ed. Trinc. et Geſn. de nomine carminis, quod Francof. recte appoſuiſſe videtur, ſilent. Eſt autem epigramma in eos conſcriptum, *qui medio in mari*

mari verſantur ventis agitati. — 1. γαῖα, γῆ, vi oppoſiti ἤπειρος. — 2. τέμενος ἀνέμων. τέμενος eſt *agri pars regibus et heroibus ad uſum ex iis capiendum conceſſa,* dein etiam *ager diis conſecratus,* in quo adeo ſaepius verſari|ſolent. v. de hac voce Koeppen. ad Hom. Il. II, 695. *Mare* h. l. τέμενος ἀνέμων dicitur, fere ut Propert. III, 5, 11.

Di maris, Aegaei quos ſunt penes aequora, Venti,

et Tibull. I, 9, 9. *freta parentia Ventis,* nam Ἄνεμοι mari, quod eſt eorum τέμενος, imperant; quare et maiuſcula littera ſcripſi.

Παίγνια.

VIII.

Οὔ μέ τις ἐξ ὀρέων ἀποΦώλιος ἀγροιώτης
αἱρήσει κλήθρην, αἰρόμενος μακέλην·
ἀλλ' ἐπέων εἰδὼς κόσμον, καὶ πολλὰ μογήσας,
μύθων παντοίων οἶμον ἐπιςάμενος.

Nullus ruſticus rudis ex montibus me auferet alnum ligone ſublato; at (faciet hoc)

hoc) verborum ornatum qui callet multumque laborando ſermonum variorum viam (ſ. rationem) cognitam et perſpectam habet.

Pervenit ad nos opera Stobaei in Floril. LXXIX. p. 422. περὶ γραμμάτων. Nomen carminis, ſub quo et adſcripſimus, habent quidem Ed. Francof. et Grot., ex fragmenti tamen ſententia nihil iocoſi elici poteſt. Simplicem ſententiam, *ſe nonniſi oratione moveri ornata*, i. e. *poeſi* et *eloquentia*, extulit ornatius noſter poeta ita, ut diceret: *cantus ſive poeſis me, ſi alnus eſſem, potius moveret, et de loco duceret, quam ruſticus indoctus, qui ligone uteretur ad exſcindendum me* — 1. ἀποφώλιος, vocabulum homericum, ἀπαίδευτος, uti Heſych. recte explicuit cf. Hom. Od. VIII, 177. XIV, 212. et Euſtath. ad Od. V, 182. — ἀγροιώτης, vulgo corrupte ἀγριώτησ. — 2. κλήθρη, *alnus*; a poeta, cuius eſt evitare generaliora, pro quacunque arbore poſita eſt. — Ordinem verborum ſic inſtituo: ὃ τις ἀγροιώτης ἀποφώλιος αἱρήσαι μέ (ὡς) κλήθρην (ſive κλήθρην ὄντα) ἐξ ὀρέων, et quidem αἰρόμενος μακέλην. ἐξ ὀρέων non cum ἀγροιώτης iungendum eſt, ut illud ſit ὄρειος, tanquam ap. Propert. III, 11, 34.

Oſcula

Oſcula ſilvicolis emta dedere viris.

nam oratio tum eſſet nimis cumulata. — 3. ὁ κόσμος ἐπέων, *ornatus verborum*, *ornata oratio*, quae locum habet aut in poeſi, aut in eloquentia. — οἶμος μύθων, *via ſermonum*, pro μῦθοι ſimpliciter, ut Propert. III, 9, 54. *ſoporis iter*, pro ſopor; et ita Hom. Hymn. in Mercur. 450. ἀοιδῆς οἶμος. Niſi potius exponendum putes, ut idem Prop. II, 25, 28. *rerum viae* i. e. cauſſae, rationes et modi, coll. v. 51. rationes mundi. — Philetas procul dubio in hiſce verſibus Orpheum reſpexit, ad cuius cantum arbores et animalia adducta eſſe fama erat; ita nimirum ſermone antiquo ſumma poeſeos vis declarabatur. De Orpheo Apollod. I, 3, 2. ὅς ᾄδων ἐκίνει λίθους τε καὶ δένδρεα. Conf. Prop. II, 10, 5.

Non ut Pieriae quercus mea verba ſequantur.

IX.

Ἐκ θυμοῦ κλαῦσαι μέγα μέτρια, καί τι προσηνὲς
εἰπεῖν, μεμνῆσθαί τ' οὐκ ἔτ' ἐόντος ὁμῶς.

Ex animo lugere (ſc. te oportet) *magnum moderate, et aliquid iucundi dicere, eiusque, qui non amplius ſuperſtes eſt, ſimul meminiſſe.*

Ser-

Servatum eſt ap. Stob. Flor. CXXI. p. 523. Carmen, ex quo petitum eſt, ed. Trinc. et Geſn. non indicaverunt, quod Francof. fecit. *Magnum malum*, eſt eius ſententia, *mortuo ſcilicet amico, eſſe moderate ferendum.* — 1. ἐκ θυμοῦ, *ex animo, ſincere, vere* — κλαῦσαι ſcil. δεῖ, ſive μέμνησο. — μέγα videtur laborare, explico per μέγα τι. Illud pari ratione adhibuit Propert. IV, 7, 67.

Narrat Hypermneſtre magnum auſas eſſe ſorores.

et ex contexto eruenda eſt notio, nimirum *magnum facinus, ſcelus.* h. l. μεγάλη συμφορά, *iactura magna.* — μέτρια, pro μετρίως, notiſſima res. Si cui tanti videtur, conferat fragmentum Euphorionis, cuius plura loca una cum Philetaeis collecta habeo aliquando editurus. Exſtat eodem Stobaei capite:

Καὶ τόκα (leg. τότε) μέτρια μέν τις ἐπὶ φθιμένῳ ἀκάχοιτο,
μέτρια καὶ κλαύσειεν. ἐπὶ (leg. ἐπεὶ) καὶ πάμπαν ἄδακρυν
Μοῖραι ἐπημήσαντο (leg. ἐπημήναντο, puniunt, infeſtae ei ſunt).

προσηνὲς i. q. ἡδὺ, ἀγαθὸν v. Heſych. ſub h. v. Facit autem hoc ad triſtitiam leniendam, nam Menander p. 267. l. c. ait:

 Λύπης

Λύπης ἰατρός ἐϛιν ἀνθρώποις λόγος,
ψυχῆς γὰρ ἔτος μόνος ἔχει ἰάματα.

— 2. ἐκ ἔτ' ἐόντος h. *φθιμένε, mortui,* *εὐφήμως.* *ὁμῶς* cum *μεμνῆσθαί* copulandum, *una, ſimul meminiſſe.*

Τ ή λ ε φ ο ς.

X.

'Εν τῷ ἄντρῳ Μάκριδος φησὶ (ſcil. Apollonius Rh.) *τὸν γάμον γεγενῆϛθαι Μηδείας καὶ 'Ιάσονος. Φιλήτας δὲ ἐν Τηλέφῳ, ἐν τῇ 'Αλκινόε οἰκίᾳ.*

Exſtat in Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 1141. Narratio Philetae paululum eſt variata. Apollonius nuptias celebraſſe Iaſonem et Medeam tradidit in antro Macridis, Ariſtaei filiae, in Phaeacia ſito, ambo enim in portu Hyllico prope urbem verſabantur. Noſter contra nuptias in ipſa Alcinoi domo factas eſſe auctor fuit. Fecit autem nuptias Jaſon cum Medea Aeetes, Alcinoi uxoris, conſilio et ope, cum Alcinous redditurum ſe Me-

Medeam Colchis promiſiſſet, ſi nondum cum Jaſone concubuiſſet. Summatim tantum expoſuit Apollodor. I, 9. 15.

Ναξιακά.

XI.

Ἁι δὲ Γυμνησίαι νῆσοι περὶ τὴν Τυρσηνίαν εἰσί· μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Ἀρτεμίδωρος. Τίμαιος δέ φησιν, εἰς ταύτας τὰς νήσους ἐλθεῖν τινας τῶν Βοιωτῶν, ἃς νήσους χοιράδας εἶπε. Φιλήτας δὲ ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν, Βαλεαρίδας φησὶν αὐτὰς ὕστερον ὀνομασθῆναι. Εἰσὶ δὲ ὁι ἐν αὐταῖς κατοικοῦντες ἄριστοι σφενδονῆται. ἁι γὰρ μητέρες αὐτῶν, ὡς ἔφην, τιθέασιν ἐπί τινος ξύλου ἄρτον, καὶ ὁ πρότερον διδόασιν αὐτοῖς φαγεῖν, πρὶν καταβαλεῖν τὸν ἄρτον. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτοι περὶ Γυμνησιῶν νήσων. Δίων δὲ ὁ Κοκκειανὸς ταύτας φησὶ πλησίον εἶναι τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ, πλησίον τῶν εὐρωπαίων Ἡρακλειῶν στηλῶν, ἃς νήσους Ἕλληνες μὲν καὶ Ῥωμαῖοι κοινῶς Γυμνησίας φασὶν, Ἴβηρες δὲ Βαλερίας, ἤτοι Ὑγιεινὰς, ἕτεροι δὲ Γυμνησίας αὐτὰς οὕτω φασὶ κληθῆναι, ὅτι ὁι περισωθέντες τῶν Ἑλλήνων ἐκεῖσε γυμνοὶ ἐξηνέχθησαν, καὶ συνοικήσαντες γυναιξὶν, οὕτω καὶ τοὺς παῖδας, καὶ τὰς νήσους ἐκάλεσαν.

 Tze-

Tzetzes ad Lycophron. v. 633. enarravit. Strabo III. p. 254. ed. Almelov. ait: τῶν δὲ προκειμένων νήσων τῆς Ἰβηρίας, τὰς μὲν Πιτυέσας δύο, καὶ τὰς Γυμνησίας δύο, καλȣ̃σι δὲ Βαλεαρίδας. Ceterum ubi de Philetae ſcriptis diſſerui, rationes iam expoſui, cur pro Φιλτέας, quod hucusque in hoc Scholio habebatur, legendum ſit Φιλήτας.

Ἑ ρ μ η ν ε ί α.

XII.

Λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος· ἀμφὶ δ' ἀραιὰς
ἰξῦς εἱλεῖται ἅμμα μελαγκράνιον.

(Erat ei) *vilis tunica ſqualida et circa tenuia femora circumvolvebatur pannus iunceus.*

Reperitur ap. Strabon. III. p. 255. ed. Almeloven. Baleares habent σφενδόνας περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς μελαγκραίνας (σχοίνȣ εἶδος, ἐξ ȣ̃ πλέκεται τὰ σχοίνια· καὶ Φιλήτας τε ἐν Ἑρμηνείᾳ, λευγαλ. — μελαγκρ.). — 1. χιτὼν λευγαλέος, *tenuis, vilis.* — πεπινωμένος, *ſordidus, ſqualidus.* — ἀραιὰς ἰξῦς reſti-

reſtitui cum Caſaubono et Xylandro metri cauſſa. Antea in textu erat ἀραιῇ ἰξὺς, quod, ſi metrum admitteret, doctiori ratione poeta dixiſſet, *coxa volvitur circa veſtem iunceam*. Salmaſius invita Minerva vulgarem lectionem corrigere inſtituit, proponendo ἀραιὴν ἰξὺν. v. Exercit. Plin. p. 263. A. — 2. ἅμμα, quod ἅπτεται, nexum, adeoque ἅμμα μελαγκράνιον, *veſtis ex iuncis nexa, pannus iunceus*. Sic autem reſcripſi ex veriſſima Salmaſii emendatione l. c. pro vulgari κόμμα, quod ſenſum non fundit commodum. — μελαγκράνιον correxerunt Xylander et Salmaſ. pro μελαγκραΐνον; illud enim derivandum eſt a μελαγκρανὶς, μελαγκρανίας, quod nomen tulit σχοῖνος is, qui in ſummo ſemen habet nigrum.

Incertae ſedis.

XIII.

Τὼς δ', οἴμοι, πολέω γαίης ὕπερ, ἠδὲ θαλάσσης
ἐκ Διὸς ὡραίων ἔσχομεν ὧν ἐτέων·
κδ' ἀπὸ Μοῖρα τέλος τι κακῶν φέρει· ἀλλὰ μένουσιν
ἔμπεδα, καὶ τοῖσιν ἄλλα προσαυξάνεται.

Digitized by Google

Hinc proh! per terram vagus feror et mare, annorum quot ſunt a Iove curricula: nec Parca malis finem facit; ſed illa perenne durant, illisque nova ſe conglomerant.

Io. Stob. Serm. CII. p. 428. locus in editionibus Stobaei omnium corruptiſſimus. Repoſui lectionem emendatiorem ex Grotio in Dictis poetar. ap. Stob. p. 429., quam ex Cod. Pariſ. petiiſſe videtur, nam emendationes ſuas et aliorum in notis ſe nominaturum, ipſe indicavit in Prolegg. p. 7. Summa ſententiae ſatis eſt aperta: *ubique ſemperque ſe doloribus ſive malis affici,* poeta profitetur. — 1. reſcripſi ex Grotio, antea vitioſe legebatur: τῷ ἐ μοι πολέων γαίης ὕπερ, ἐδὲ θαλάσσης; tenet tantum nos in poeta noſtro forma dorica τῶς h. ἔτως, ut praeferam antiquam lectionem τῷ. Iunge: πολέω ὑπὲρ γαίης, ἠδὲ θαλάσσης (διὰ) ἐτέων ὡραίων ὧν (pro ἅ, loquendi ratione graecis propria) ἔσχομεν ἐκ Διὸς, ſtructura quidem verborum paulo durior eſt. — 2. ἐκ Διὸς. Iupiter, tanquam omnium rerum moderator, etiam tempus et aevum hominibus conſtituit, per quod iis vivere licet. — ὡραῖος epitheton ornans τῶν ἐτέων, quatenus ἔτεα continent ὥρας, nihil amplius. — 3. ἀπὸ Μοῖρα, recte ſeiunxit Grotius, et maiuſcula lit-

littera ſcripſi Μοῖρα. — τέλος τι. Ita cum Grotio correxi vulgarem lectionem μέλεω, ex qua ſenſus elici nequit. Antea iam in margine. ed. ſuae τέλος propoſuerat Geſner. — ἀποφέρειν, pro ſimplici φέρειν, *adferre, adducere*, ut Solon. VI, 63. in Anal. Brunckii I, p. 67.

Μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει, ἠδὲ
καὶ ἐσθλόν.

Quodſi contra τέλος κακῶν ſumendum pro κακὰ, ut v. c. τέλος θανάτοιο ap. Hom. Il. III, 309., tunc ἀποφέρειν vulgari eſſet ſignificatu, *auferre, tollere.* — μένουσιν. Ita eſſe legendum, in mentem mihi venerat, pro φέρουσιν ſenſum non praebente. Mox cum Grotium adeundi copia facta eſſet, is iam, ſenſu, uti ait, poſtulante id in textum receperat. — 4. ἔμπεδα, pro ἐμπέδως, *firmiter.* Καὶ τοῖσιν (κακοῖς) ἄλλα (κακὰ) προσαυξάνεται. cf. ob ſententiae ſimilem conditionem N. III, 3. et quae ibi notavi.

XIV.

Γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς, ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα,
ὀξείης κάκτου τύμμα φυλαξαμένη.

Sonum ediderit hinnulus, animam qui perdidit et ſpinoſi cacti ictum evitavit.

Servatur in Athen. II. p. 71. A. ed. Caſ. et ap. Antigon. Caryſt. in Hiſt. Mirab. c. VIII. qui haec adnotavit: οὐχ ἧττον δὲ τȣτȣ θαυμαςὸν, καθωμιλημένον δὲ μᾶλλον, τὸ περὶ τὴν ἐν Σικελίᾳ ἄκανθαν, τὴν καλȣμένην κάκτον. εἰς ἣν ὅταν ἔλαφος ἐμβῇ, καὶ τραυματισθῇ, τὰ ὀςᾶ ἄφωνα καὶ ἄχρηςα πρὸς αὐλȣ̀ς ἴσχει. Ὅθεν καὶ ὁ Φιλήτας ἐξηγήσατο περὶ αὐτῆς, εἴπας γηρύσ. — Φύλαξ. — 1. νεβρὸς, pro ὀςᾶ τῆς νεβρȣ̃, quibus veteres utebantur ad tibias inde parandas, unde αὐλοὶ Antipatro νέβρειοι audiunt. Thebanorum eſſe inventum Athen. IV. p. 182. D. diſertis verbis ait: Θηβαίων εὕρημα φησὶν εἶναι Ἰόβας τὸν ἐκ νεβρȣ̃ κώλων κατασκευαζόμενον αὐλόν. Callimachus contra priſcorum hominum opinionem, ut magis poeticam, ſequens Minervae tribuit. Hymn. in Dian. 244.

Οὐ γάρ πω νέβρεια δι' ὀςέα τετρήνοντο,
ἔργον Ἀθηναίης ἐλάφῳ κακόν. —

Plura vide ap. Ill. Beckmann. in ed. Antig. Caryſt. p. 16. et Spanhem. ad Callim. l. c. — ψυχὴν. Antigonus habet ζωὴν, ſed alteram lectionem, tanquam minus vulgarem, praefero. — 2. ὀξεία κάκτος. Theophraſto et Plinio auctoribus cactus naſcebatur ſolummodo in Sicilia, *planta ſpinoſa* et cum noſtra *Artiſchocke* quodammodo comparanda. Eam ita deſcribit Plinius Hiſt. Nat. XXI, 16.

Cac-

Digitized by Google

Cactos quoque in Sicilia tantum naſcitur, ſuae proprietatis et ipſe; in terra ſerpunt caules, a radice emiſſi, lato folio et ſpinoſo. Caules vocant cactos, nec faſtidiunt in cibis, inveteratos quoque. Unum caulem rectum habent, quem vocant pternica, eiusdem ſuavitatis, ſed vetuſtatis impatientem. Semen ei lanuginis, quam pappon vocant; quo detracto et cortice, teneritas ſimilis cerebro palmae eſt, vocant aſcaliam. Cetera, quae huc non ſpectant, notata vide ap. Eundem Beckm. in *Beyträge zur Geſchichte der Erfindungen.* T. II. p. 215. ſqq. coll. Phania ap. Athen. II. p. 70. D. et Salmaſii Exercit. Plin. p. 226. — φυλάσσεσθαί τι, in medio, *ſe cuſtodire adverſus aliquid, ſibi cavere ab aliquo*, ut ap. Latinos etiam eſt *cavere aliquid.* Eandem vocis vim activae formae ineſſe, contra Küſterum exemplis probavit Clericus de verbis graecis med. cap. 46., inprimis loco Eurip. Iphig. in Aul. 538.

Ἔν μοι φύλαξον, Μενέλεως, ἀνὰ ςρατόν.

Num vera ſit opinio, tibiam ex oſſibus hinnulorum confectam non edere ſonum, ſive oſſa eſſe omnino inepta, ſi a cacto vulnerati fuerint hinnuli, vix operae pretium eſt adnotare; ex proprio enim ſeculi Ptolemaeorum ſtudio rerum mirabilium, praecipue in hiſtoria naturali, notiſſimo iſta Philetas car-

minibus ſuis immiſcuit, qui et ipſe erat ſatis *περίεργος*. v. Antig. Caryſt. cap. XXIII.

XV.

Φλιῦς ἡ πόλις ἐςὶ, Διωνύσȣ φίλος υἱὸς
Φλίας ἥν αὐτὸς δείματο λευκόλοφος.

Phlius urbs eſt, quam carus Bacchi filius
Phlias ipſe condidit candida criſta ornatus.

Servavit Stephanus Byz. in v. *Φλιῦς*, cum quo omnino conferatur Pauſan. II, 12. Reſcripſi diſtichon ex Salmaſii emendatione ad h. l. Corruptiſſime antea legebatur ita: *Φλιῦς, πόλις Πελοποννήσȣ, ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα, καὶ Ἀράντεια ἀπὸ Φλιȣ̃ντος, τȣ̃ Διονύσȣ καὶ Χθονοφύλης. Πανσανίας δὲ, ἀπὸ Φλίαντος. Φιλήτας δέ φησι, φλιῦς πόλις ἐςὶ τȣ̃ Διονύσȣ φιλ * ύὸς φλιῦς, ἥν αὐτὸς ἐδείματο λευκόλοφος.* — 2. *Φλίας.* Ita Brunckius emendavit in Not. ad Apollon. Rh. I, 115. et firmatur Pauſan. II, 12. Fuit autem is Phlias Bacchi filius, unus Argonautarum; in matre auctores magnopere variant. vid. loca ap. Burmann. in Catalogo Argonautar. editioni Valerii Fl. praefixo ſub v. *Phlias.* Brunckium etiam ſecutus verſus, antea vitioſe exhibitos, diſtinxi. — *λευκόλοφος, ὃς ἔχει λόφον λευκὸν*, *criſta galeae alba ornatus*, ut ap. Hom. *φοινικόλοφος.* Praeclarum autem eſt,

Digitized by Google

eſt, quod Heynius putabat, λευκόλοφος ad urbem ſpectare, ita ut comma poſt δείματο inſerendum ſit. Ita dicuntur ap. Hom. Il. II, 735. τιτάνοιο λευκὰ κάρηνα, ubi v. Koeppen. et cf. omnino Heyn. ad Virg. Aen. III, 126. Quae loca pro ſua erga me amicitia communicavit mecum Heinrichius. Quodſi de urbe Phliunte conſtaret, eam in albo monte fuiſſe ſitam, et λευκόλοφος non a ſubiecto Φλιοῦς nimis eſſet remotum, praeferendam ſane explicandi rationem ducerem, praeſertim cum dicat Pauſan. l. c. λόφου, ἐφ' οὗ Φλιασίοις ἥτε ἀκρόπολις καὶ τῆς Ἥβης ἐστὶ τὸ ἱερόν.

XVI.

— — Ἀτραπὸν εἰς Ἀΐδεω
ἤνυσα, τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθεν ὁδίτης.

Iter ad inferos feci, per quod nullus retrorſum viator venit.

Stob. Serm. CXV. p. 511. Refinxi cum Scaligero, cuius emendationem et verſuum diſtinctionem iam receperat Grot. l. c. p. 486. ἤνυσα antea ad priorem verſum erat retractum. At Ἀΐδεω finis eſt pentametri. — 1. Ἀΐδεω ſc. δῶμα, ut *plutonia domus*, pro *locis inferis*, ap. Horat. Carm. I, 4, 17. ubi vid. V. Eruditiſs. Mitſcherlich. Ἀΐς, Ἀΐδης proprie eſt *is, qui non cernitur,* aut *cerni nequit;*

nequit; et modo in perſonam vertitur, Orcus, Pluto, modo locum declarat. v. Heynii V. Ill. Opuſc. Ac. Vol. I. p. 398. — 2. (καθ') ἣν ἀτραπόν. Hunc locum in animo habuiſſe Propertium iam Burmann. monuit ad El. II, 20, 74.

Conceſſum nulla lege redibit iter.

De ipſa re plures hic cumulare poetarum verſus nolo; petat, cui tanti eſt, a Burm. ad l. c. Prop. et V. C. Doering. cum Douſa fil. ad Catull. III, 10.

XVII.

— — τά ο ποτὲ Κύπρις ἑλοῦσα
μῆλα Διωνύσȣ δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

Quae ei quondam Cypris detracta poma
Bacchi dedit a temporibus.

Exhibetur a Scholiaſta Theocriti ad Id. II, 120. cuius verba apponam: Μῆλα ἔχων (ſc. Hippomenes) ἐν κόλποις τὰ ἐράσμια καὶ ἔρωτος ποιητικά. λέγοι δ' ἂν τȣ̃το καθὸ ὑπὸ Ἀφροδίτης διδόμενα τῷ Ἱππομένει μῆλα ἐκ Διονύσȣ, οἷς ςεφανȣ̃ται. ταῦτα δὲ εἰς ἔρωτα τὴν Ἀταλάντην ἐκίνησεν, ὥς φησι Φιλήτας, τά — κροτάφων. Fabula de Atalanta a multis poetis erat tractata, cuius ſedes nunc potiſſimum eſt in Ovidii Metam. X, 605. ſqq. Atalantam ni-

nimirum uxorem ſe daturum eſſe pater Schoeneus pollicitus erat ei, qui puellam curſu, quo praeter formam excelluit, ſuperaret; qui contra inferior diſcederet, eum ſe interfecturum eſſe. Qua lege cum plures iam ſortem miſeram eſſent experti, Hippomenes, Megarei et Meropes filius, puellae captus amore Veneris auxilium in certamine ineundo imploravit, quae iuvenis precibus mollita poma tria aurea ex arbore in agro damaſceno inſulae Cypri decerpſit, et, ut iis intercurrendum emiſſis puellam moraretur, Hippomeni tradidit. Et ita ille vicit. Reliqua, quae ab Ovidio aliisque narrantur, ad rem noſtram non ſpectant. Philetas itaque fabulam ita variavit, ut Venerem vel a Baccho accepiſſe poma fingeret, vel a ſuo ipſius capite detraxiſſe, nam duplex inſtitui poteſt interpretandi ratio. A Baccho poma Venerem nactam eſſe, bene potuit narrari, cum Bacchus habitus ſit pomorum inventor. v. Athen. III, 82. D. ὅτι δὲ καὶ τῶν μήλων εὑρετής ἐστι Διόνυσος, μαρτυρεῖ Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος II, 120. Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Παριανὸς ἐν τῇ Διονυσιάδι καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ, ὡς ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων τῶν μήλων, καθάπαρ καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων. Quem locum iam admoverat Caſaub. l. c. Theocr. cf. Virg. Georg. II. pr. Adeoque corollis Bacchi, quod aliunde non conſtat, etiam poma fuiſſent inſerta. Verborum

rum ordo conſtituendus eſſet ita: μῆλα, τά (pro ἅ) Κύπρις δῶκεν ποτε οἱ et quidem ἑλῦσα ἀπὸ κροτάφων Διωνύσυ. Quodſi alteram interpretationem anteponas, μῆλα Διωνύσυ ſunt iungenda et accipienda pro ſimplici μῆλα, ut *fruges Cereris*, quatenus eſt pomorum inventor. — ἀπὸ κροτάφων ſc. ἑαυτῆς. Veneri autem pomum fuiſſe ſacrum, diſcas vel ex locis a Begero in Theſauro Brandenb. Vol. III. p. 206. excitatis, unde abſonum non videtur, Venerem fuiſſe pomis cinctam. Priorem explicationem innuit Scholiaſtes, qui fragmentum conſervavit; alteram contra Heynius in Notis ad Apollod. p. 678. Ceterum Theocr. III, 40. et Servius ad Virg. Aen. III, 113. Venerem ex Heſperidum horto mala petiiſſe tradunt, et pro Hippomene alii Milanionem ſubſtituunt; illum vero memorant, praeter Theocr. III, 40, Heſiodus, Euripides et alii, teſte Apollod. Bibl. III, 9, 2. Auctores, qui de fabula iſta egere, recenſuit Cl. Fiſcher. ad Palaephat. cap. XIV. et Perizon. ad Aelian. V. H. XIII, 1. Nunc de verbis quibusdam adhuc videamus. — 1. οἱ ſc. Ἱππομένει. — ἑλῦσα. Ita ex correctione adſcripſi, pro ἑλοῖσα, quod antea in nullius ſuſpicionem incidit. Cum enim neque in hoc, neque in aliis noſtri poetae reliquiis dorica adſint, cur in hoc vocabulo retineamus, non video. — 2. Διωνύσυ

νύσȣ. Codd. nonnulli vaticani legunt: ἀλοῖσα μᾶλα Διόνυσον, corrupte, uti recte iudicavit Warton. in Emendatt. Schol. Theocr. ad h. l. Quum verſus prior non eſſet integer, Barneſius p. L. ed. Wart. eum ita ſupplevit:

Μῆλα φέρων κόλποισι, τά οἱ ποτὲ Κύπρις ἑλοῖσα
τρισσὰ Διωνύσῳ δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

et Caſaub. in Lectt. Theocr. III. p. 248. pro τρισσὰ ſolummodo interpoſuit δῶρα Διωνύσȣ, non autem, quod Warton. tradit, pro μῆλα. Uterque tamen, meo ſaltem iudicio, ingenium felicius aliis lacunis in ſervatis ſcriptoribus adhibuiſſet.

XVIII.

Βȣγενέας φάμενος προσεβήσατο μακρὰ μελίσσας.

Apes e bovibus ortas haec effatus magnis acceſſit paſſibus.

Ad nos pervenit ope Antigoni Caryſtii c. XXIII. ubi haec adiunxit: Ἴδια δὲ καὶ περὶ τὰς συγκρίσεις καὶ ἀλλοιώσεις τῶν ζώων, ἔτι δὲ γενέσεις. οἷον ἐν Αἰγύπτῳ τὸν βȣ̃ν ἐὰν κατορύξῃς ἐν τόποις τισὶν, ὥςε αὐτὰ τὰ κέρατα τῆς γῆς ὑπερέχειν, εἶϑ᾽ ὕςερον ἀποπρίσῃς, λέγȣσι μέλιττας ἐκπέτεςϑαι· σαπέντα γὰρ αὐτὸν, εἰς τȣ̃το δια-

διαλύεσθαι τὸ ζῶον. ᾧ καὶ φαίνεται Φιλήτας προσέχειν, ἱκανῶς ὢν περίεργος. Προσαγορεύει οὖν αὐτὰς βουγενεῖς, λέγων· βουγ. — μελίσσ. At non iſte ſolus, ſed plures poetae hocce epitheto apes inſigniunt. Inſecta nimirum, adeoque et apes, ex cadaveribus generari, communis erat orientis opinio, quae forſan ex obſervatione illa ortum habuit, quod rudes homines viderent in regionibus incultis et ſilvoſis inſecta prodire ex putrefactis animalibus et apes in cadaveribus exſiccatis mel parare. Haec egregie V. S. Heynius ad Virg. Georg. IV, 281. ſqq. cf. Cl. Beckmannus ad h. l. p. 36., qui multa cum diligentia veterum loca, in quibus huius rei mentio fit, congeſſit, et Bochart. Hieroz. P. II. L. IV. c. 10. Quibus adde I. H. Voſſium, V. Acutiſſ. ad Virg. l. c. — φάμενος. Barneſ. in vita Theocr. p. LI. ed. Wart. corrigere voluit φθάμενος, ſine cauſſa; verſamur enim in fragmine, cuius contextum fert utrumque. φάμενος eſſet, *poſtquam haec effatus erat*, pro ſolenni ὣς ἔφατο, καὶ προσεβήσατο. — προσεβήσατο. Alii habent προσεβήσαο, utrum a poeta profectum ſit, eadem de cauſſa nobis diſcernere non licet. — μακρά. Forte ut Hom. Il. III, 22, Paridem dicit μακρὰ βιβῶντα, *magnis paſſibus* cf. Il. VII, 213. et Virg. Aen. X, 572.

XIX.

Δάσσατο δ' ἐν προχοῇσι μελαμπέτροιο Βορί-
νης.

Diviſit autem ad flumen nigri Borinae.

Apud Schol. Theocr. ad Id. VII, 6. βύριννα) βύῤῥιναν· γράφεται γὰρ καὶ οὕτως κρήνη ἡ Βύῤῥινα τῆς Κῶ. καὶ Φιλήτας, δάσσ — Βορίνης. — δάσσατο. Dan. Heinſ. in Lectt. Theocr. c. XII. p. 336. voluit νάσσατο, quod ſenſum quidem bonum praebet, *habitavit*, ſed δάσσατο cum antecedenti verſu cohaeſiſſe poteſt, nam in unico verſu ſententiam abſolutam quis tandem poſtulabit? Melius itaque feciſſe arbitror, quod pro δάσατο vulgari repoſuerim δάσσατο. — προχοαὶ ſunt aut i. q. ςόματα, oſtia, Hom. Od. V, 453. aut ῥεύματα, ῥόοι Hom. Od. XX, 65. — μελαμπέτροιο. Vaticanus 3. et alii σελαμπ., perperam, Μ et Σ permutata. Uti nunc legis, reſtituit primum Heinſ. l. c. μελάμπετρος, *qui nigros habet lapillos*, adeoque *fluvius niger*, qui nigritiem a lapillis nigris duxit, ut alias ſolenne eſt epitheton μέλας, μελάνυδρος, v. c. Hom. Il. XVI, 3. vid. et V. Praeclariſs. Wolfius ad Heſiodi Theog. 3. Sed vocabulum, quantum memini, non obvium eſt. Barneſ. repoſuit μελαμψήφοιο, nec prorſus, Wartono cenſente, ineleganter. v Emendatt. Schol. Theocr. p. 203. — Βορίνης. Ita

 emen-

emendavit Heinſ. pro Βϐῤῥίνης. Eſt autem fluvius inſulae Co.

XX.

Οὐδ' ὕκκης ἰχθὺς ἔσχατος ἐξέφυγε.

Neque hyccas piſcis ultimus aufugit.

Apud Athen. VII. p. 327. C. Ὕκκαι. Τὸν ὕκκην Καλλίμαχος ἐν ἐπιγράμμασιν ἱερὸν ἰχθῦν καλεῖ. Ζηνόδοτος δὲ φησὶ Κυρηναίους τὸν ὕκκην καλεῖν ἐρυθρῖνον. Ἕρμιππος δὲ ὁ Σμυρναῖος ἐν τοῖς περὶ Ἱππώνακτος ὕκκην ἀκούει (lego ἀκούειν ſc. φησὶ ex antecedenti) τὴν ἰούλιδα. εἶναι δὲ αὐτὴν δυσθήρατον· διὸ καὶ Φιλήταν φάναι, οὐδ' — ἐξέφ. — Ὕκκης, ut evitetur hiatus, ſcripſi, pro ὕκκη. — ἐκ ἔσχατος i. q. πρῶτος, πρῶτον, *primus aufugit*, i. e. capi ſe non paſſus eſt, inverſione non infrequenti cum aliqua vi. Callimachi locus eſt ex deperditis epigrammatibus. v. Fragmenta Callimachi N. LXII. p. 326. et ibi Bentlei.

XXI.

— Καὶ μαράθου δὲ νήχυτος ὅρπηξ.

Et foeniculi late diffuſus ramulus.

Debemus Etymol. M. ſub v. Νὴ, ςερητικόν, ὡς ἦν (ἐν forſan leg.) τῷ νηλὴς, νήνεμος, νήχυτον ὕδωρ. Φιλήτας, καὶ — ὅρπηξ. — Μάραθος et μάραθρον, *foeniculum.* — νήχυ-

τος,

τος, late diffuſus, extenſus, i. q. χυτός. — ὄρπηξ, alias de arboribus, h. l. etiam de herba, pro ἔρνος ap. Nicandr. Ther. 391.

ἀκρεμόνος μαράθοιο χυτὸν περιβόσκεται ἔρνος

ſcil. ſerpens. Mirandum ſane eſt, eadem noſtra verba legi in Nicandri Ther. 33. μαράθρου δὲ ὁ νήχυτος ὄρπηξ, quam adeo verſiculi partem aut immutatam Nicander verſibus ſuis inſeruit, aut in excitando auctore erravit Etymologus Magnus.

XXII.

Θρήσασθαι πλατάνῳ γαίῃ ὑπό.

Sedere humi ſub platano.

Habet Athen. V. p. 192. E. ὁ γὰρ θρόνος αὐτὸ μόνον ἐλευθέριός ἐστι κάθεδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὅπερ θρῆνυν καλοῦντες, ἐντεῦθεν αὐτὸν ὠνόμασαν θρόνον τοῦ θρήσασθαι χάριν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθέζεσθαι τάσσουσιν, ὡς Φιλήτας, θρήσ. — ὑπό. Apud alios vocabulum vix reperies. — πλατάνῳ ſcripſi cum iota ſubſcripto, quia dorica a Philetaeis ſunt aliena, neque per ſe locum habere poteſt. Nihilominus tamen ὑπὸ nimis eſt remotum a πλατάνῳ, quod Pindaro, non vero poetae elegiaco, qualis Noſter erat, condonandum

 eſſet.

eſſet. Verba itaque ita transpone: θρήσασθαι (ἐν) γαίῃ πλατάνῳ ὑπό.

XXIII.

— Παύσω σε τῆς σκύζης.

Coercebo te ab impetu ad Venerem.

Heſych. ſub v. Σκύζης. Παρὰ Φιλητᾷ, παύσωσε τῆς σκύζης, ἀντὶ τοῦ τῆς κάπρας. Separavi παύσω σε. Coniectaverunt V. V. D. D., quos vide in ed. Alberti ad h. l. pro κάπρας, σκυθρωπίας, vel λέπρας, vel πικρίας, ſine cauſſa, nam κάπρα i. q. ἀκολασία, uti ipſe Heſych. exponit, adeoque σκύζα eſt *impetus ad Venerem.* Ita et Suidas σκυζᾶν, ἐπὶ συνουσίᾳ ὁρμᾶν.

XXIV.

Εὔβουλος ὁ κωμῳδοποιὸς εὑρετικοὺς φησὶ τὸ ὕδωρ ποιεῖν τοὺς πίνοντας αὐτὸ μόνον· τὸν δὲ οἶνον ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖν. Τὰ αὐτὰ δὲ ἰαμβεῖα καὶ ὁ Φιλητᾶς φησι. Τοσαῦτα ὥσπερ οἱ ῥήτορες πρὸς ὕδωρ εἶπον.

Athen. II. p. 43. F. Cum diu me exercuiſſet locus, adii Heynium, praeceptorem omni pietate proſequendum, qui haec humaniſſime mihi reſcripſit: „verba poſtrema non ſunt pro Philetae verbis habenda, ſed ſunt eius, quem loquentem inducit Athe-

nae-

naeus, qui, cum de aquae laudibus dixiſſet, per luſum addit, ſe, ut rhetores ſolent, ad aquam, quod alias idem eſt atque ad clepſydram, nunc autem de iis, quae ad aquam ſpectant, aquae laudes et uſus ſe dixiſſe. De Phileta autem hoc tantum dictum, ſimilia eum dixiſſe iis, quae ex Eubulo laudaverat, quae hunc in modum conſtituta eſſe debuerunt:

ὁ μὲν οἶνος ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖ,
ὕδωρ δὲ τὰς πίνοντας εὑρετικὰς ποιεῖ.

vinum mentem offuſcat (menti obducit tenebras), at aqua bibentes ſollertes reddit.

Haec eadem ergo Philetas alicubi dixerat. Nec vero neceſſe eſt, iambis eadem dixiſſe; ſed expreſſiſſe tantum ſententiam eandem".

XXV.

Παρὰ μὲν Ἀπολλωνίῳ καὶ Φιλητᾷ διὰ τῦ α τὸ ἄψ, καὶ ὀπίσσω, ἐκ παραλλήλυ.

Hanc obſervationem grammaticam reperi in Schol. ad Appollon. Rhod. I, 1298.

καὶ νύ κεν ἄψ ὀπίσω Μυσῶν ἐπὶ γαῖαν ἵκοντο.

Sed videtur Scholion interpunctione laborare; et Scholion per ſe conſtituere: τὸ ἄψ καὶ ὀπίσω, ἐκ παραλλήλου. Antecedentia autem

tem παρὰ μὲν Ἀπολλωνίῳ (ita leg.) καὶ Φιλητᾷ διὰ τοῦ α ſcil. γράφεται τὸ ὄστλιγξ. Si modo hoc ita ſe habuit. De ea voce v. praeter Scholion Heſych. h. v. Ruhnken. ad Callim. p. 881. Haec Ill. Heynius.

XXVI.

Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Ἐρατοσθένης δ' Ἄχνας αὐτήν φησί. Φιλητᾶς δ' Ἄχνην φησὶ, διὰ τοῦ α. τὸ ἐθνικὸν (καὶ) ἰχναῖος, καὶ ἰχναία ἡ Θέμις. διωκομένη γὰρ ἀπὸ τοῦ Διὸς κατελείφθη ἐν τοῖς τῶν Ἰχναίων τόποις. καὶ ἀπὸ τοῦ διωχθῆναι κατ' ἴχνος ὠνομάσθη, καὶ ἑτέρα ἐστὶ τῆς ἀνατολικῆς πόλις.

Stephan. Byz. ſub v. Ἴχναι. Salmaſius autem ad marginem libri ſcripti inveniſſe ait: Φιλ. δ' ἄλλην φησὶ, διὰ τοῦ α, ita ut Philetas, praeter macedonicam, aliam in Theſſalia ſitam innuere videatur, quae Ἄχναι nuncupatur. Quod firmari poſſet ipſo Steph. Byz. Ἄχναι, πόλις Θεσσαλίας. ἐστὶ καὶ πόλις Βοιωτίας, et Strabone l. IX. qui Ichnas in Theſſalia collocat. Haec Berkelio, ut auctoritatem ſubiungam, valde arrident, ſed aliquid pronuntiare in hac re non auſim. Ichnis et Strabone auctore Θέμις Ἰχναία colebatur. Vid. Caſaubon. ad l. c.

Frag-

Fragmenta incerta et ſuſpecta.

Χθιζόν μοι κνώσσοντι παρ' Ἀργανθώνιον αἶπος.

Heri mihi obdormiſcenti apud Arganthonium montem.

Servavit Etym. M. ſub v. Ἀργανθών. οἷον ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος, προχοάς τε Κίοιο (ex Appllon. Rh. I, 1178). τινὲς δὲ Ἀργανθώνην αὐτὴν φασίν. Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλίας Ἀργανθώνιον λέγουσι διὰ τοῦ ι, χθιζὸν — αἶπος. — Erat mons iſte ad Cium Myſiae, quae ad Propontidem nobilis urbs fuit. De eo multa notarunt viri docti ad Apollon. l. c. ad Propert, I, 20, 33. et Toup. ad Suidam Emendatt. Vol. I. p. 215. recent. edit. Haec quoque Heynio debeo. Ceterum Sylburg. malit Φιλέας. Sed ſcribendum, ait Ruhnken. in Ep. cr. p. 296. Φιλητᾶς, id quod iam Burmannus ad Propert. l. c. voluerat.

His pro virium modulo explanatis, quaedam addere liceat fragmenta, quae ſub Philetae

Digitized by Google

letae nomine in Stobaeo exhibentur, ſed haud dubie Philemoni reddenda ſunt:

Ἀεὶ τὸ πλυτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει·
φθόνον τε, κἀπήρειαν, καὶ μῖσος πολὺ,
πράγματά τε πολλὰ, καὶ ὀχλήσεις μυρίας,
πράξεις τε πολλὰς, συλλογάς τε τῦ βίυ·
εἶτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς ευρέθη θανὼν,
ἄλλοις καταλείψας εἰς τρυφὴν τὴν ὐσίαν.
ὅθεν πένεσθαι μᾶλλον ἡδέως ἔχω,
ἔχειν τε μέτρια, κἀμέριμνον ζῆν βίον,
καὶ μήτ' ἔχειν με πλῦτον, μήτε πράγματα·
καὶ γὰρ πένης ὢν, μεγάλα κερδαίνει κακά.

Ap. Stob. exſtat in Serm. XCV. p. 458. *de divitiarum moleſtiis et paupertatis laudibus.* In ed. Trincav. ſub nomine Euripidis venit et Geſn. ait, alios habere Φιλήμονος, unde etiam a Grotio Reliquiis Philemonis adſcriptum eſt p. 352. ed. Clerici.

Θεὸν νόμιζε, καὶ σέβυ, ζήτει δὲ μή·
πλεῖον γὰρ ὐδὲν ἄλλο τῦ ζητεῖν ἔχεις.
ἔιτ' ἐςὶν, ἔιτ' ὐκ ἔςι, μὴ βύλυ μαθεῖν·
ὡς ὄντα τῦτον, καὶ παρόντ' ἀεὶ σέβυ.
τὶ 'ςιν ὁ θεὸς, ὐ θέλει σε μανθάνειν.

Ap. Eundem in Ethic. L. I. c. 1. et in nomine Philetae, uti ex Codd., quos V. D. Heerenius contulit, ſcimus, omnes conſentiunt.

tiunt. Nihilominus Grotius fragm. iam inter Philemonis Reliq. recepit p. 340. ed. Cleric.

Βίον καλὸν ζῇς, ἂν γυναῖκα μὴ ἔχῃς.

Servatus eſt verſiculus in Serm. LXVI. p. 389. neque eſt, qui de nomine diſſentiat.

Quamvis itaque Codd. auctoritate res confici nequeat, id tamen magni eſt momenti, quod nullibi Philetae, tanquam iambici poetae, fiat mentio, et nomina Philetae et Philemonis ſaepius permutentur. v. Ruhnk. Ep. cr. p. 296. Quae cum ita ſint, ad meam provinciam ſpectare non putavi, ea, quae ad Philetam non pertinerent, fragmenta notis illuſtrare.

Ceterum Phanoclis fragmentum, quod V. Cel. Ruhnken. ad calcem Epiſt. crit. adiecit, ad Noſtrum non ſpectare, quod ſine cauſſa contenderat Barneſ. l. c., monendum vix ratus ſum; uti et de inſtituto Voſſii, qui in libro de Hiſt. Gr. L. III. p. 401. ad Philetam ſine rationibus trahere voluit Etym. M. in. v. *Θερμοπύλαι*, ubi verba ſunt: *Θερμοπύλαι. Ἔνιοι μὲν τὴν πόλιν ταύτην, πύλαν καλοῦσι. Φιλέας δὲ Θερμοπύλας λέγει καλεῖσθαι, ἐπεὶ ἐκεῖ ἡ Ἀθηνᾶ θερμὰ λουτρὰ Ἡρακλεῖ ἐποίησε.*

 et

et ſub v. Ἀῷος, ubi: Φιλέας δὲ (καλεῖ) πρῶτον βασιλέα (Κύπρου) Ἀῷον, Ἠοῦς ὄντα καὶ Κεφάλου.

Ἄτακτα ſive Ἄτακτοι γλῶσσαι.

A.

Ἄμαλλαι,

δράγματα, δέσμαι τῶν ἀσταχύων. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ, ἀγκάλη, δράγματα δύο, ὡς φησὶν Ἴστρος. Φιλήτας δὲ ἱστορεῖ ἐκ διακοσίων. καὶ Ὅμηρος χρῆται τῇ λέξει.

Heſych. in h. v. Ἄμαλλαι pro ἄμαλλα vulgari ex Alberti correctione reſcripſi. Locus Philetae eodem duce eſt ſupplendus ex Schol. Theocr. X, 44. Ἀμάλη δὲ συνέστηκεν ἐκ δραγμάτων ἑκατὸν, ἢ καὶ διακοσίων. Praeterea de hac voce cf. Athen. XIV. p. 618. D. ubi locus ex Semo Delio περὶ Παιάνων adſcriptus eſt, et Spanh. ad Callim. in Del. 283. p. 493. ſq. Vocem ipſam apud Hom. fruſtra quaeres, compoſita autem eſt Il. XVIII, 553. ἀμαλλοδετῆρες.

Ἀμό-

Digitized by Google

Ἀμόραι,

τὰ μελιττώμενα. Φιλήτας Ἀτάκτοις ἀαόρας φησὶ καλεῖσθαι μελιττώματα δ᾽ ἐςὶ πεπεμμένα.

Athen. ſervavit XIV. p. 646. D. Vix ſatis ſanus et plenus eſt, ſi quid ſentio, hicce locus; ex Heſychii ſcilicet gloſſa ſtatim apponenda ſubiungendum eſſe videtur: *πεπεμμένα σὺν μέλιτι*, ait enim: *Ἀμόρα, σεμίδαλις πεφθεῖσα σὺν μέλιτι.* Ceterum poſt *μελιττώματα* eſt incidendum, et vocabula *δ᾽ ἐςὶ* ita forſan ſunt transponenda: *ἐςὶ δὲ πεπ. σὺν μέλιτι.*

B.

Βαβυκῶς,

Πελεφὰν, ὡς Φιλητᾶς. ἀμερίας, βαυκάλας.

Apud Heſych. h. v. p. 676. In hac gloſſa vix verbulum a Criticis intactum eſt relictum, neque id mihi tribuo, ut vera et falſa ex omnibus, quae protulerunt, eruam. Βαβυκὸς, *πελεκὰν* alii voluere, alii *βαβυκᾶς, πελεκὰν, Φιλητᾶς. Ἀμερίας, βαυκάλας*, ut ſit Amerias quoque Gloſſographus. Pro *βαυκάλας* alius *βχύκαλος*, *mollis*, reponere ſuaſit, et Anonym. in Cod. Burm. adeo nomen Gloſſographi eſſe voluit. Quodſi aliquid calculo eſt comprobandum, recipiendum eſſe arbitror Sopingii emendationem: *βαβυκᾶς, πελεκάν.* Nam infra ap. Heſ. legitur *βαυβυ-*

κάντες pro *βαβυκάνες*, *πελεκάνες*. Ut adeo *βαβυκὰς*, vel *βαυβυκὰς*, aut, quod ordo verborum poſtulat, *βαιβυκὰς* nomen ſecuris fuerit.

Γ.

Γυάλαι.

Φιλήτας ἐν Ἀτάκτοις Μεγαρέας ἔτω φησὶ καλεῖν τὰ ποτήρια γύαλας.

Apud Athen. XI. p. 467. C.

Δ.

Δεῖνος.

Κυρηναῖοι δὲ τὸν ποδονιπτῆρα δεῖνον ὀνομάζουσιν, ὡς Φιλήτας φησὶν ἐν Ἀττικοῖς.

Ap. Athen. XI. p. 467. F. *Δεῖνος* et *δεινίας* varia notione veteribus veniunt, Dionyſius enim Sinopenſis, Strattis et Archedicus poculum ita appellarant, quod ab artifice nomen tuliſſe contendebat Cleanthes Philoſophus. cf. Heſych. in h. v. Saltationis genus eſſe Apollophanes innuerat, et Teleſilla Argiva aream inſignierat hoc nomine. Quorum loca vide ſis ap. Ath. l. c. Cauſaub in Anim. ad Ath. XI, 5. p. 497. pro *ψυκτὴρ* aliis uſurpatam fuiſſe vocem docet.

E.

Digitized by Google

E.

Ἐλινὸς,

ἡ ἄμπελος, ὡς Ἀπολλόδωρος. Φιλήτας δὲ ἐν γλώσσαις, τὸν κλάδον τῆς ἀμπέλȣ. Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς.

V. Etym. M. ſub e. v. Conveniunt cum Noſtro tum Schol. ad Nicand. Alexiph. 181. ἐλίνοιο, τȣ̃ κλάδȣ τῆς ἀμπέλȣ, qui vere Philetam exſcripſit, tum Heſych. ἔλινοι, κλήματα τὰ τῶν ἀμπέλων. vid. V. C. Schneider ad Nicandri Alex. p. 134. qui et vocabulum in Theriacis non obvium eſſe ait. Ἐλινὸς idem eſſe, quod ἕλιξ, notavit Heyn. in Fragm. Apollodori p. 1155.

Θ.

Θέσπαλαι,

αἱ Κῶαι παρὰ Φιλήτᾳ· καὶ αἱ Φαρμακίδες.

Heſych. ſub v. Θέσπαλαι eſſet idem, quod σεμναὶ, *venerandae*. Sed haud dubie cum Salmaſ. Soping. Jun. Heinſ. Voſs. Kuſter. legendum eſt Θέσσαλαι. Suidas enim ait: Θετταλὴ γυνή, ἐπὶ τῶν Φαρμακίδων· διαβάλλονται γὰρ οἱ Θετταλοὶ ὡς γόητες, et Schol. ad Ariſtoph. Nub. 747. ὡς νῦν τὰς Φαρμακίδας, Θετταλὰς καλȣ̃σι. De feminis Cois autem eius rei nihil aliunde conſtat.

I.

Digitized by Google

I.

Ἰάκχα.

Καὶ Ἰάκχαν τινὰ καλȣ́μενον οἶδα ςέφανον ὑπὸ Σικυωνίων· ὥς φησι Τιμαχίδας ἐν ταῖς γλώτταις. Φιλήτας δὲ ȣ̈τως γράφει· ἰάκχα ἐν τῇ Σικυωνίᾳ ςεφάνωμα εὐῶδες.

Exhibetur gloſſa ab Athen. XV. p. 678. A. Iisdem verbis eam repetiit Heſych. in h. v. Ἰάκχα, ςεφάνωμα εὐῶδες ἐν Σικυῶνι. Significatu eodem venit βάκχος, ita enim Athen. l. c. ait Nicandrum in libro Linguarum poſuiſſe: βάκχοισι κεφαλὰς περιανθέσιν ἐςέψαντο.

K.

Κρηίον,

πλακȣ̃ς ἄρτος, ὃν Ἀργεῖοι παρά τῆς Νύμφης πρὸς τὸν Νυμφίον φέρȣσι. Ὀπτᾶται δ' ἐν ἄνθραξι καὶ καλȣ̃νται ἐπ' αὐτὸν οἱ φίλοι, παρατίθεται δὲ μετὰ μέλιτος, ὡς φησὶ Φιλήτας ἐν Ἀτάκτοις.

Athenaeus XIV. p. 645. D.

Κύπελλα.

Φιλήτας Συρακȣσίȣς κύπελλα καλεῖν τὰ τῆς μάζης καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμματα.

Ap. Ath. XI. p. 483. A. Vocabulum eo ſenſu, quem ei ineſſe ſcripſerat Philetas, ſatis

Digitized by Google

tis probabiliter derivandum erit cum Caſaub. Anim. XI, 9. p. 506. a κόπτω, ubi o deinde in υ tranſiit, ut ὄνομα, ὄνυμα; aliam formam tenet Suidas, κόπαιον ſeu κόπεον. De altera vocis notione, ut ſit *poculum*, v. Caſaub. l. c. et ita etiam Hom. Il. I, 596.

O.

Ὄμπνιος.

Στάχυν ὄμπνιον, πολὺν, δαψιλῆ. Φιλήτας ἐν Ἀτάκτοις γλώσσαις ἀπέδωκεν ὄμπνιον στάχυν, τὸν εὔχυλον καὶ εὐτρόφιμον. Κυρηναίων δέ τινες τὸν πλούσιον καὶ εὐδαίμονα, ὄμπνιον καλοῦσιν. ἄμεινον δὲ τὸν φερέσβιον εἰπεῖν, οἱονεὶ ἄμπονόν τινα ὄντα καὶ ὄμπνιον.

Schol. ad Apollon. Rh. IV, 989. Cum Phileta convenit gloſſa Heſychiana: ὀμπνία, καρποφόρος, τροφή, ubi Kuhnius recte ait legendum eſſe τρόφιμος, nam ſub voce ὀμπνηρὸν ὕδωρ additur τρόφιμον. Inde Ceres, quae vitam ſuſtentat, ἢ τρέφει, τρόφιμος, dicitur ὄμπνια. vid. V. C. Lenz. in Fragm. Orph. p. 17. Declarat adeo voc. ὄμπνιος, quod Latinis *almus* eſt.

Π.

Πέλλα.

Φιλήτας ἐν Ἀτάκτοις τὴν κύλικα Βοιωτοὺς ſc. φησὶ καλεῖν πέλλαν.

Athen.

Athen. XI. p. 495. E. Poculum eo nomine appellaſſe Theſſalos et Aeoles Clitarchus dixerat in gloſſis et pro *φιάλη* adhibuerat Phoenix Colophonius. Apud Hom. contra, v. c. Il. XVI, 642, aliosque ſolenni uſurpatur ſignificatu, *mulctra*, quam *πελλητῆρα* nuncupaſſe Theſſalos et Aeoles Clitarchus modo laud. aſſeruerat. Haec Athen. l. c.

Πρόξ.

Φιλήτας φησὶ πρόκας λέγεσθαι τὰς ἐλάφȣς τὰς πρώτως τικτȣ́σας, οἷον πρωτοτόκȣς.

Schol. Apoll. Rh. II, 279. Verbis paene iisdem gloſſam adſcripſit gloſſario ſuo Etym. M. in v. *προικόννησος*, ſcil. ita: *Φιλήτας δὲ φησὶ πρόκας λέγεσθαι τὰς πρῶτον τικτομένας ἐλάφȣς, οἷον πρωτοτόκας* (leg. *πρωτοτόκους*)· *ὡς παρὰ Ἀπολλωνίῳ.* Pro *ἔλαφοι* occurrere videtur in Hom. Od. XVII, 295. Hymn. in Vener. 71.

Προχύτης.

Φιλήτας ἐν Ἀτάκτοις προχύτην ἀγγεῖον ξύλινον (ſc. *καλεῖ*), *ἀφ' ȣ̔ τȣ̀ς ἀγροίκȣς πίνειν.*

Athen. XI. p. 496. C. *Προχύτην* fuiſſe poculum, docent cum loca Simariſti, Ionis Chii et Alexandri, quae Ath. l. c. indicavit, tum Heſych. h. v., qui explicat: *ποτήριόν τι.*

Σ.

Σκάλλιον,

κυλίκιον μικρὸν, ᾧ σπένδουσιν Αἰολεῖς, ὡς Φιλήτας φησὶν ἐν Ἀτάκτοις.

Ap. Eundem XI. p. 498. A. Cauſaubon. in Anim. XI, 14. p. 516. derivat a *σκάλλω* i. q. *σκάπτω*, *fodio*, *cavo*, adeoque *lignum excavatum in uſum poculi.* Heſych. Σκαλλίον, κυλίκιον μικρὸν, οἱ δὲ σκαλλόν; illud forſan e Phileta petivit.

Σκεῖρος,

ῥύπος· καὶ ὁ δριμὺς τυρός· καὶ ἄλσος καὶ δρυμός, Φιλήτας δὲ, τὴν πυῤῥώδη γῆν.

Heſych. ſub e. v. Illa me non tenent; videnda et expedienda mihi ſumo ſolummodo Philetaea. Non equidem pertinaciter contendo, *σκεῖρος* terram rubicundam deſignare non poſſe, ſed alia tamen Heſychii gloſſa eo ſum perductus, ut legendum eſſe ſuſpicer τὴν ἐῤῥυπωμένην γῆν, ſub ſimili enim voce habet: *ἐνεσκειρωμένη*, *ἐῤῥυπωμένη*. Sed iudicent alii κριτικώτεροι, an Minerva non invita id coniecerim.

Σπολέα.

Φιλήτας ἐν τοῖς Ἀτάκτοις σπολέα καλεῖσθαί τινα ἄρτον, ὃν ὑπὸ τῶν συγγενῶν μόνον καταναλίσκεσθαι.

Vid. Athen. III. p. 114. E.

Digitized by Google

Υ.

Ὑπ' αὐνήν.

Ὑπ' αὐλȣ̃, μετ' αὐλȣ̃. Ὑπ' αὐνὴν, παρ' Ἑκαταίῳ Φιλητᾶς.

Heſych. v. h. Locus, Toupio iudice, in vexatiſſimis. Editores multa tentarunt, alii ὑπαύλια, idem eſſe contendebant, quod Ἑκαταῖα, *ſterquilinia*, *ſordes, quae extra aulam proiiciuntur;* alii *loca obſcoena Hecatae eſſe ſacra* ponebant; alii ἑκαταῖα ab ἑκὰς deducendum cenſebant, quia loca iſta eſſent *ſeorſum remota*; alii ἑκαταῖον eſſe Ἑκάτης ἄγαλμα dicebant; alii ὑπ' αἰνὴν h. δεινὴν corrigebant, quo epitheto deſignabatur Hecate, ut ſit pro τὸ τῆς Ἀινῆς ἄγαλμα; alii denique ὑπ' αὐγὴν παρ' Ἑκαταίῳ καὶ Φιλητȣ̃ legere malebant. Sed magis, quam haec omnia, arridet mihi Toupii emendatio: ὑπαυλίην, quam vocem ap. Hecataeum exſtare dicit Philetas. v. Toupii Ind. ad Addenda in Theocr. et ad verbum repetitam in Curis Nov. in Suid. p. 138.

Ὑπεζῶσθαι,

*τὸ εἰς ἀλίδρ * ας ἐλθεῖν, Φιλήτας.*

Heſych. h. v. Iunius et Perger. legendum coniiciebant ἀλινδήθρας, h. *loca, ubi athletae in pulvere volutantur.* Satis commode. In aliam vocis emendationem, quae etiam habet, quo ſe commendet, incidit poſt Salmaſium Toupius: εἰς ἄνδρας v. Ind. ad. Add. in

in Theocr. ſub v. Philetas. ΛΙ et Ν videntur permutata.

Ὑπογλωττίς.

Σιληνὸς ἐν ταῖς γλώτταις φησὶν (ſc. τὴν ὑπογλωττίδα) ἴσθμιον ϛέφανον· Φιλήτας δὲ φησὶ, ϛέφανος.

Athen. XV. p. 677. C. qui pag. ſeq. ὑπογλωττὶς, inquit, δὲ ϛεφάνȣ εἶδος.

Ὑποθυμιάδες.

Φιλήτας ἐν Ἀτάκτοις, ὑποθυμιάδας Λεσβίȣς φησὶ καλεῖν μυρσίνης κλῶνα, περὶ ὃν πλέκειν ἴα καὶ ἄλλα ἄνθη.

Athen. XV. p. 678. D. Apud Alcaeum et Anacreontem, idem ait l. c., occurrunt ὑποθυμὶς et ὑποθυμιάδες, tanquam coronae, quibus Aeoles et Iones colla cingebant.

Ἄτακτα *incerta.*

E.

Ἐψιᾶσθαι.

Ἐψιόωντο, ἀντὶ τȣ͂ ἔπαιζον. Φίλων δὲ, ἀντὶ τȣ ὡμίλȣν παρὰ τὸ ἔπος.

Schol. Apoll. Rh. III, 118. "Scribe, „ait Ruhnken. Ep. crit. p. 296. Φιλητᾶς. „Reſpicit eius Ἀτάκτȣς γλώσσας, quas lau„dat ad IV, 989. Nam Philo Grammaticus,

 „quem

„quem Etym. M. ſaepe commemorat, re„centior eſt, quam ut ab hoc Scholiaſta lau„dari potuerit."

Ποιμένα τὸν Πολύφημον τὸν Κύκλωπα λέγει, ὃς ἀντὶ λίθων ὄρη ἔβαλλον. ἢ τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι λίθες, ὡς Δημήτριος φησὶ, τὰς πεπτωκότας ἐκ οἶδ᾽ ὅπῃ φιλότας.

Schol. Theocr. VII, 151. Scribendum propoſuerat primum Toupius in Animadv. ad Schol. Theocr. l. c. φιλοπότης et explicaverat: hoc tangit Polyphemum, ut *vini amantem*, et lapides more hominum ebriorum et inſanorum in quemvis iaculantem. Dein in Addend. ad Theocr. p. 410. emendavit Φιλήτας, in gloſſis enim, pergit, laudatur ſaepius Philetas. Novam itaque eſſe gloſſam inde a τὰς putat et ita rem forſan reſtituendam: τὰς πεπτωκότας ἐκ οἶδ᾽ ὅπῃ. Φιλήτας. An verum ſit conſecutus, cum ipſe iudicare nequeam, permitto aliis diſquirendum.

Gloſſae Homericae.

Il. II, 269.

Ἀλγήσας δ᾽, ἀχρεῖον ἰδών, ἀπεμόρξατο δάκρυ.

Φιλήτας τὸ ἰδὼν περιττᾷ, οἷον τῶν ὀφθαλμῶν, ἰδῶν. ἐδέποτε δὲ Ὅμηρος ἰδέας τὰς ὀφθαλμὰς εἶπεν. ἐϛὶν ἐν τὸ ἀχρεῖον ἰδὼν ἐντελῶς σχηματίσας.

Eſt

Digitized by Google

Eſt inter Scholia a V. D. Villoiſono ad Iliad. Hom. edita p. 60. Quodſi de vocis uſu in Homero conſtaret, vocem *ἰδέαι* eum adhibuiſſe pro *ὀφθαλμοὶ*, ſenſus admodum accommodatus prodiret et verſus eſſet ita interpungendus: *ἀλγήσας δ' ἀχρεῖον*, (*ἀπὸ*) *ἰδῶν ἀπεμ. δ.* uti Hom. Odyſſ. XVIII, 162. *ἀχρεῖον ἐγέλασσε.* Niſi potius omnem tollere interpunctionem malis et cum Moſchopulo *ἀχρεῖον* referre ad *δάκρυ*, quod magis adhuc mihi placet, Erneſtius contra ad h. l. improbat, et recte quidem, cum *ἰδὼν* pro participio acciperet.

Il. XXI, 126.

Θρώσκων τις (ſc. *ἰχθὺς*) *κατὰ κῦμα μέλαιναν Φρῖχ' ὑπαλύξει.*

θρώσκων - ὑπαΐξει) *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Φιλήτας γὰρ καὶ Καλλίστρατος γράφουσι, Φρῖχ' ὑπαλύξει, λέγοντες ὅτι οἱ πίονες τῶν ἰχθύων καὶ εὔτροφοι τὸ ψύχος ὑπομένουσι, καὶ οὐ φθείρονται. ὁ δὲ Ποιητὴς οὐδέποτε φρίκην τὸ ψύχος εἴρηκεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα· ὁμωνύμως δὲ τούτῳ καὶ τὸν ἄνεμον, τὸν οἱονεὶ ἐπιστίζοντα τὴν θάλασσαν· οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ,* (Il. VII, 63.) — *ἐστὶν οὖν τὸ λεγόμενον, μέλαιναν φρῖχ' ὑπαΐξει, τὸ μέλαν κῦμα ὑποτροχάσεται ἰχθὺς, ὡς φάγοι ἂν τοῦ Λυκάονος τὸν δημὸν πλοάζοντος* etc. *οὕτως Ἀρίσταρχος, ὑπαΐξει· ἄλλοι δ', ὑπαλύξει.* — Schol. B. *Φιλητᾶς δὲ ἀρεσκόμε-*

νος τῇ ὑπαλύξει γραφῇ φησὶν, ὡς ἐκεῖνος ὁ λιπανθεὶς ἰχθὺς ὑπὸ τȣ̃ δημȣ̃ τὴν ψυχρασίαν ὑπαλύξει. Alius: Φιλητᾶς δὲ τῇ ὑπαλύξει γραφῇ συντιθέμενος φησὶν, ὅτι ὁ φαγὼν ἰχθὺς τὸν Λυκάονος δημὸν, πιμμελώδης γενόμενος τὸ κρύος ἐκφεύξεται. Ἀγνοεῖ δὲ καὶ ȣ̃τος, ὅτι τὸ διανεϛηκὸς τῆς θαλάσσης ἐπιπολῆς, ȣ̓ τὸ κρύος φησὶν Ὅμηρος φρίκα.

Haec Villoiſon. exhibuit p. 467. ed. Hom. Iliad. Poſtremum locum reperies quoque apud Porphyrium in Quaeſtion. Hom. cap. VIII. exigua diverſitate. Nullus autem, uti mihi videtur, Philetae mentem ſatis eſt aſſequutus, non enim is φρίκα idem eſſe, ac ψύγος ſive κρύος contenderat, ſed, ut lectionem ὑπαλύξει firmaret, addiderat: piſces ſaginatos, et quidem h. l. adipe Lycaonis, exorta procella, non ὑπαΐσσειν, ſed ὑπαλύσκειν, quia frigus cum procella coniunctum ferre nequirent. Prius Scholion vix ſatis recte ſe habet, exſpectatur enim, ni fallor, τὸ ψύχος ȣ̓κ ὑπομένεσι, ἀλλὰ φθείρονται, duo ſaltem alii loci, quos ideo exſcripſi, talem emendationem firmare et probare videntur.

Il. XXI, 252.

Ἀιετȣ̃ οἶματ' ἔχων μέλανος, τȣ̃ θηρητῆρος.

τὸ δὲ ἀιετȣ̃ ὄματ' ἔχων, Φιλήτας, φασὶ, γράφει· ἀιετȣ̃ ὄμματ' ἔχων· Κρεῖττον δὲ τὸ οἴματα, ᾧ ἀκόλȣθον καὶ τὸ, οἴμησε δ' ἀλείς.

Cor-

Correctionem ſervavit Euſtath. ad l. c. p. 1235. ed. Rom. Neceſſaria quidem non fuerat, ſed magnopere tamen ſe commendat vi maiori poetica; imago ſcilicet animo maior obiicitur, cum altera ex parte aquilae impetus et in pedeſtri oratione locum ſuum quodammodo tenere poſſet.

Appendix Fragmentorum aliorum Philetarum.

α) Philetae Samii.

Ἁ ϛάλα βαρύθȣσα λέγει τάδȣ· τὰν μινύωραν
τὰν μικκὰν Ἀΐδης ἥρπασε Θειοδόταν.
χ᾽ ἁ μικκὰ τάδε πατρὶ λέγει πάλιν· ἴσχεο λύπας
Θειόδοτε· θνατοὶ πολλάκι δυϛυχέες.

Receptum eſt hoc epitaphium in Anthologiam graecam Cephalae p. 139. n. 712. ed. Reiskii, qui etiam notas admovit p. 222. Prorſus autem non unius eiusdemque auctoris eſſe cum illis ſupra exhibitis fragmentis, in commentatione de ſcriptis Philetae Coi affatim declaraſſe mihi videor.

β) Philetae Epheſii.

Βάκις, ἐπίθετον Πεισιϛράτȣ, ἦν δὲ χρησμολόγος. Φιλητᾶς δὲ ὁ Ἐφέσιος φησὶ τρεῖς Βάκιδας,

ὁ

ὁ μὲν ἐξ Ἐλεῶνος τῆς Βοιωτίας· ὁ δὲ Ἀθηναῖος· ὁ δὲ Ἀρκὰς, ἐκ πόληος Καφύης· ὃς καὶ Κύδας ἐκαλεῖτο, καὶ Ἀλήτης. Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ Θ' τῶν Φιλιππικῶν ἄλλα δὲ πολλὰ περὶ τέτε τε Βάκιδος ἱςορεῖ παράδοξα, καὶ ὅτι ποτὲ τῶν Λακεδαιμονίων τὰς γυναῖκας μανείσας ἐκάθηρεν, Ἀπόλλωνος τέτοις τέτον καθαρτὴν δόντος.

Suidas in v. Βάκις, qui haec compilavit ex Scholiis ad Ariſtophanis Aves 963. et Pacem 1071. quibusdam omiſſis, quae mihi ſunt ſupplenda. Schol. ad Av. praeterea ait: Ὁ Φιλήτας ὁ Ἐφέσιος φησὶν, ὅτως· Σίβυλλαι δὲ τρεῖς ἐγένοντο· ὧν ἡ μέν ἐςὶν, ὡς διὰ τῆς ποιήσεως φησὶν, Ἀπόλλωνος ἀδελφή· δευτέρα δὲ Ἐρυθραία· τρίτη δὲ ἡ Σαρδιανή. Καὶ Βάκιδες ὁμοίως τρεῖς· ὁ μὲν ἐξ Ἐλεῶνος —— Θεόπομπος — τὰ δὲ ἄλλα πολλὰ περὶ τε Βοιωτε Βάκιδος ἱςορεῖ κ. τ. λ. Ad Pacem: Βάκιδες δὲ τρεῖς· ὧν πρεσβύτατος ἐξ Ἐλεῶνος τῆς Βοιωτίας· ὁ δὲ δεύτερος Ἀττικός· τρίτος Ἀρκὰς, ἐκ πόλεως Καφύης κ. τ. λ. Schol. ad Equit. 123. habet: τρεῖς Βάκιδες ἐγίνοντο· ὅτος μὲν Ἀττικὸς καὶ μάντις· ὁ δὲ Λοκρὸς· ὁ δὲ Βοιωτός. Ubi vero recte legendum eſſe Ἀρκὰς iam monuit Perizon. ad Aelian. V. H. XII, 35. quem vide. Quae ex Theopompo referuntur, Suidas iisdem verbis ſub v. κάθαρσις γυναικῶν μαινεσῶν iterum exhibuit. De Bacide Boeotio cf. Cic. de Divinat. I, 18.

Addenda et corrigenda.

Pag. 14. not. 2. adde Cl. Groddeckium in comment. über die Argonautica des Apollon. Rhod. in Bibl. der alt. Litt. u. Kunſt Faſc. II. p. 66.

— 18. lin. 5. ab inf. leg. poetae.

— 23. l. 7. leg. accommodata.

— — l. 8. inf. leg. vitae.

— 28. l. 6. forſam ea de cauſa deorum nomen inſcripſit, quia eorum potiſſimum amores in elegis celebraverat.

— 36. l. 12. leg. Propertio.

— 37. l. 11. adde Sophocl. Electr. 179. ubi Chorus infelicem Electram ita ſolatur:

χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός.

Rem ipſam egregie extulit Elegantiſſ. Gotterus in Electra (v. Gedichte T. II. p. 106.): Die ſanfte Hand der Zeit löſcht jeder Thräne Spur.

— 38. l. 11. cf. ad ſententiam Sophocl. El. 285.

ὐδὲ γὰρ κλαῦσαι πάρα
τοσόνδ᾽, ὅσον μοι θυμὸς ἡδονὴν φέρει

Quod expreſſit Gotter. l. c. p. 90. Des Schmerzens Sättigung iſt Wolluſt für Betrübte.

Pag.

Pag. 46. l. 6. inf. leg. αἰρ. ut 48. l. 5. inf. ἐόντ.

— 48. l. 3. leg. κόσμος et 5. μύθων.

— — l. 17. Praeter alios cf. Apollon. Rh. Arg. I, 26. ſqq. et Hor. Carm. I, 12. a Brunckio ibi laudat.

— 59. l. 7. Ita et *Alba Longa* a candore montis, quod epitheton deinde in nomen proprium urbis abiit. V. Heyn. Perill. ad Tibull, I, 7, 58.

— 60. l. 12. leg. οἱ.

— 61. l. 5. leg. καθάπερ.

— 75. l. 3. inf. leg. recipiendam.

In accentibus aliquoties erratum, quod, cum tempus urgeret, evitari non potuit.

Pag. 46. l. 6. inf. leg. αἰρ. ut 48. l. 5. inf. ἐόντ.

— 48. l. 3. leg. κόσμος et 5. μύθων.

— — l. 17. Praeter alios cf. Apollon. Rh. Arg. I, 26. ſqq. et Hor. Carm. I, 12. a Brunckio ibi laudat.

— 59. l. 7. Ita et *Alba Longa* a candore montis, quod epitheton deinde in nomen proprium urbis abiit. V. Heyn. Perill. ad Tibull, I, 7, 58.

— 60. l. 12. leg. οἱ.

— 61. l. 5. leg. καθάπερ.

— 75. l. 3. inf. leg. recipiendam.

In accentibus aliquoties erratum, quod, cum tempus urgeret, evitari non potuit.

Digitized by Google